

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Proprietates sermonis Aeschylei quatenus in diverbio perspectae sunt

Ullmann, Karl Theodor

Baden-Baden, 1881

[urn:nbn:de:bsz:31-304393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-304393)

PROPRIETATES SERMONIS AESCHYLEI

QUATENUS IN DIVERBIO PERSPECTAE SUNT

ENUMERAVIT

⁺
C. TH. ULLMANN

Professor.

P A R S P R I M A .

~~~~~  
*Beilage zum Programm des Gymnasiums in Baden.*  
~~~~~

1881. Nr. 520.

BADEN-BADEN.

Hofbuchdruckerei von A. v. Hagen.

1881.

1955 m. 1675

0713 224, 1880/81 Beilage



70

De proprietatibus sermonis Aeschylei ut videam cum mihi proposuerim, prima quaestio esse debet, quibus terminis eae proprietatibus circumscribantur. Apparet autem si quis eas res pertractare velit, ei generatim totum scriptoris sermonem ita perscrutandum esse ut grammaticas et formas et constructiones indaget, artem rhetoricam et figurati sermonis ambitum pervestiget, thesaurum vocabulorum illustret et quae nova deprehenderit ista opera singillatim enumeret atque indicet. Atque veteres, quae testimonia ut notissima non enumero, elocutionis Aeschyleae sublimitatem et granditatem maxima ex parte in insolentia sermonis nisas agnoverunt. Reperiuntur enim multa vocabula ex ultima antiquitate repetita, multae dictiones et loquendi formulae quas alibi frustra tu quaesiveris, multa composita quibus pari audacia alius scriptor non est usus, imaginum varietas ac splendor maximus. Quas quaestiones si pari diligentia complecti vellem omnes, cum de diversissimis rebus disquisitionem iusto ampliorem institui oporteret, angustionibus finibus me continebo. Quod ut mihi sumam imprimis ut libelli ita temporis spatium non ita large concessum impellit, cum praesertim ob tenuitatem librorum omnes istas quaestiones privato studio complecti minime licuerit. Sed etiam alias ob causas easque vel graviores de labore paene immenso desisto: „de rhetorica arte Aeschylei“ Lechner quaestionem instituit nec non „de imaginibus et figurata Aeschylei elocutione“ vidit Schulzius. Quas ad disputationes quod addatur ego habeo nihil: iam me in libellis illis et transscribendis et excerptis tempus et curam ponere debere patet, si quidem quaestiones iterare vellem. Porro „de Aeschyleo vocabulorum inventore“ Bernhardus Todt scripsit, qua in commentatione Josephus Sanneg, qui „de vocabulorum compositione . . . Aeschylea“ libellum composuit, totus nititur: notae vero sunt cura ac doctrina Todtiana, quae nobis proferendum reliquerint nihil. — Accedit quod proprietates Aeschyleas, quae quidem in vocabulorum thesauro positae sunt, Carolus Ricardus Schirlitz in libello qui inscribitur: „de sermonis Aeschylei per Euripidem incrementis. particula I.“ satis illustravit. Denique id genus proprietates Aeschyleas maximam partem in canticis versari nemini non notum est: de lyricis vero fabularum partibus non est in animo videre.

Restat ut quae proprietates sermonis Aeschylei in rebus grammaticis deprehendantur demonstrarem.

Qua in quaestione instituta quinque commentationes quas modo nominatim protuli mirum quantum me profecerunt; libri quibus praeterea usus sum inscribuntur: „Gehr de permone tragico“, „M. Burgard de legibus, quibus in fabulis Aeschyleis enuntiata vincita sint“, „Struve de dictione Sophoclis“, „Schneideri de dialecto Sophoclis . . . quaestiones nonnullae criticae“, „Wecklein curae epigraphicae“, „Caravellae index Aristophanicus“, „G. Hermannii adnotationes ad Vigerum“. Nec non volutatus fui in notissimis libris virorum doctorum Kühner Curtius Bernhardy Lobeck aliorum. 4) Quas praeterea inspexi commentationes sed bis terve

consului, suis locis nominabuntur. — In citandis versuum numeris integrarum fabularum quintam editionem Dindorfianam, fragmentorum Hermannianam alteram secutus sum.

De finibus quibus quaestionem circumscripsi atque de auxiliis in elaboranda commentatione adhibitis postquam verba feci, qua tandem ratione agnoverim proprietates paucis exponam: adsit necesse est mensura ex qua quis sermonem Aeschyleum metiri possit. Ac primum quidem ceterorum tragicorum usus erat respiciendus, conveniretne eis cum principe artis tragicæ de formis vel de constructione verborum necne. Quorum in fabulis si testimonium non extabat aut non praesto erat, in comicum sermonem nec non in titulos Atticos inquisivi. Quin Thucydideum sermonem cum Aeschyleo hic illic comparavi, cum exemplo aliunde repetendo non fueram par. Comparavi igitur sermonem Aeschyli et cum usu poetarum et cum vulgari hominum Atticorum consuetudine dicendi saeculi quinti. Eam vero ipsam ad regulam cur me direxerim, iam explicabo.

Quinto demum saeculo litterae Atticae coeptae sunt excoli. Namque Solonis scripta praetermitto, de quibus virorum doctorum iudicium ambigat, sintne ex iambis formae Ionicae — qui numeris in libris ms. haud exiguus est — delendae an retineri debeant. Neque magis ad Orphica carmina respicio, quae quam gravem excitaverint controversiam notum est. Quinto igitur saeculo Athenae quem principatum rerum publicarum bello Persarum comparatum obtinebant, similem litterarum brevi sibi adsciverunt. Nec mirum; an non ubicunque res populi alicuius vel urbis bene se habeant, ibidem etiam litteras in honore esse videmus? Exemplum sit Lesbos insula, ubi Alcaeus Sappho Erinna Myrtis poetae extiterunt tum cum in reliquis Aeolidis coloniis, praecipue in eis quae in ipsa Asia erant sitae, Musae pridem obticissent: istae enim urbes sui iuris esse desierant. Attamen epica ars maxime ibidem floruerat, quam ab Aeolibus Jones exceperunt. Athenae igitur cum in rebus publicis princeps Graeciae urbs essent factae, societate Delica peregrinorum commeatu commercio quod Athenienses fovebant divitiae paene immensae undique eo confluebant. Ita cultus Atheniensium in amplitudinem auctus est eam quam nos hodie non possumus non admirari. Eo autem tempore cum artes liberales tum litteras debuisse florere in propatulo est: nam cum sermo pulcherrimus ingenii ut humani ita popularis flos sit, excultissimi cujusque populi excultissimus sit sermo necesse est.

Iam vero si memoria tenemus primum dialectum Atticam ex Iade emanasse, deinde dialecti Ionicae scriptores et poetas et solutae orationis Athenas commeasse, mirum non est ex illo sermone nonnullas res in Attico inveniri; atque Aeschyleis de Ionismis quos dicunt infra erit sermo. Quo vero celerius Athenienses in rebus publicis sui iuris facti sunt, eo citius idem sermoni cotidiano accidit, adeo ut eiusdem saeculi, paene dixi decennii, scriptores multifariam inter se discreparent. Neque vero fieri poterat quin formae vocabulorum multae nunc inveterascerent nunc usu cotidiano immutarentur aut leges grammaticae simul aliae paulatim plane neglegerentur aliae pedetemptim irrepererent. Iam cum quamvis linguam non eundem semper statum exhibere sciamus, quid de sermone Atheniensium dicamus qui omnibus in rebus opinione celerius adulescebant? Sed libera erat Atheniensium res publica: quare non eadem erat condicio litterarum Atticarum atque vernacularum.

Nostratium enim optimorum scriptorum sermonem a populari longe abfuisse compluriens videmus: mentionem facio de poetis sc. XIII., de Luthero; at Athenis litterarius sermo idem erat popularis, eoque magis quod initio non pedestris orationis scriptores Athenis extiterunt; talibus enim scriptoribus, quippe qui haud raro res a plebe alienas tractent, a sermone populari alienis esse licet. Athenis vero primum tragica ars floruit eaque demum ad exitum properante scriptores solutae orationis extitere. In theatro autem, quo unusquisque civis Atheniensis

commearet, sermo locum habere debebat popularis. Itaque mihi quidem minime est dubium quin tragici Atticorum Attice enuntiaverint. Atqui constat et unumquemque hominem suae aetati deberi et per optima ingenia uniuscuiusque aetatis cultum provehi: quae duplex ratio cum de omni indole humana valeat tum in litteras cadit. Quare meo iure contendo per poetas tragicos plurima incrementa sermoni Attico esse inventa.

Iam vero ut veteres grammaticos videamus, ex. c. Phrynichus censuit tres tragicæ artis principes comicumque Aristophanem Atticissimæ dialecti scriptores fuisse; unde sermonem quattuor virorum eundem fuisse forsitan quis colligeret, nisi ipse Aristophanes cothurnum nomine elocutionis gravissimæ magnificentissimæque carpsisset. Censeo autem comici sermonem eundem fuisse atque hominum Atticorum bonæ eruditionis: amplius comicis nihil erat concessum; comoediæ enim erat vitia carpere vitæ cotidianæ, cui rei cotidianus sermo unus erat accommodatus. Quam ad regulam Aristophanes sermonem suum ita direxit ut iam priscae aetatis grammaticis exemplar linguæ Atticæ esset, tragici vero poetae cum aliquo certe modo ab usu Aristophanico abessent, ab Attico sermone distare viderentur. Atqui ut materia in qua poetae tragici versabantur a consuetudine cotidiana aut tempore aut toto genere longissime aberat, ita etiam sermo non poterat non abesse. Ac primum quidem grammatici veteres permulta tragicos ex aliis dialectis linguæ Græcæ mutuatos esse contendunt. In eo vero illi viri, ut solet, saepissime ita falsi sunt ut pauca exempla illius mutuationis remaneant. Primum locum formæ Doricæ obtinent quas, quæ quidem in canticis extent, silentio præterimus. Evaserat enim chorus tragicus dithyrambico ex choro, dithyrambi autem Doricæ dialecti a poetis originem traxerunt. At ne eae quidem partes fabularum ubi histriones inter se colloquuntur omnino istis formis vacant. Invenies *νν* pro *αὐτόν αὐτήν* dictum, *ναῦς* vocabulum more Dorico in casus declinatum, *α* longum pro *η* Attico retentum idque longe saepissime ab Aeschylō factum, sed raras in universum id genus formas, de quibus infra erit sermo. — Deinde Aeolicæ dialecti vestigium in diverbio detegitur unum quod Aeschylus aliquotiens *πεδάρισος* pro *μετάρισος* dixit: Aeolenses enim pro *μετά* præpositione *πεδὰ* enuntiabant. — Tum latius diffusa est dialectorum Ionicæ epicæque vis, quod non est cur miremur, cum etiam in titulis formæ Ionicæ occurrant, cf. C. I. Gr. I. n. 138. 142., eo revocandæ quod dialectus Attica artissimo ut supra dictum vinculo cum Ionica cohaerebat; quo vero nomine Kühner in grammatica dativorum terminationes *οισι* et *αισι* huc revocet ego non video. Porro tragici *ξείνος, κείνος, μῦνος, δονρός* genitivum ceterosque vocabuli casus per *ου* diphthongum formatos, *γούνατα, κοῦρος, αἰεὶ* et *αἰέν* exhibent, quas formas Attici per simplicem vocalem enuntiabant; nec non *πόλεος νηός ἄχεα* similes formas solutas, ubi Attici contrahebant. Ceterum Aristophanis in anapaestis formæ Ionicæ saepissime leguntur, cf. Wecklein p. 12. Quin iustorum vocabulorum a sermone epico per tragicos Atticos mutuatorum exempla sint *αἶαν μόγις μιν*. — Quod vero sunt qui dicant etiam mere Atticas formas sed priscorum temporum a tragicis usurpatas esse, ea de re infra erit videndum.

De formis grammaticis hæc in universum præmonuisse satis habeo; de legibus syntaxeos pauca item obiter præmittam. Ubi usque ad aetatem tragicorum Græcorum vel Atticorum simplicitatem Homericam valuisse constat, cf. Bernhardt syntax. p. 9.: quivis scriptor quasi anxius cavebat ne ab ea regula recederet. Sed tragici qui quinquaginta annis artem sermonis poetici ad summum perduxerunt, syntacticam artem mirum quantum profecerunt, initium cum fecisset Aeschylus, Euripides faceret finem. At ne hic quidem oblivioni sunt danda ea quæ supra de ratione sermonum popularis privatique in universum commemoravimus: denique ita dialectus et syntaxis Atticæ effectæ sunt ut suae aetatis leges homines optimo ingenio præditi neglegerent, quæ vitia et ipsa sic leges factæ sunt. Aeschylus igitur

fundamenta ut dixi iecit, vix ut Sophocli moderationem relinqueret, si quae ipse pro ingenio suo gravi et quod primus cuiusvis artis magister maximis difficultatibus obnoxius est peccaverat; neque vero quisquam ab arte syntactica Aeschylea simplicitatem aut perspicuitatem abiudicabit. Plurimum autem subtilitatis atque elegantiae syntaxeos tragicæ Sophocli debetur, qui et ad leges usu probatas sese direxit et de ingenio suo novas res haud paucas deprompsit, quae non ubique audacia aut insolentia vacant, ut saepe ampliore ambitu poeta usus est. Tertius Euripides ab usu Aeschyleo et Sophocleo multum discrepat, id quod eo potissimum factum est, quod erat ingenio plane alio, paene dixi diverso, quodque praeceptis sophistarum imbutus; quamquam id dicendum est eum maxime ad pedestrem sermonem ita se accommodavisse ut in vocabulis collocandis nonnullas proprietates sibi sumeret. Quem morem Euripidis quasi pedestrem vel in eo agnoscere licet, quod non ita multo post bellum Peloponnesiacum confectum Euripidis fabulis magis nullae aut cives Atticos aut omnes Graecos arriserunt, adeo ut in eo potissimum sermone ἡ κοινὴ niti videatur.

His iactis fundamentis in animo est ipsam quaestionem scriptura persequi. Iam cum unum aliquem ac certum disputationis ordinem servari necesse sit, usitatae grammaticarum divisioni me affigam ita ut primum de elementis verborum, litteris ac syllabis, agam deinde declinationem tractem tum ad syntaxin accedam.

Orietur igitur sermo a **consonantibus**. — Erant scilicet litterae Graecae initio *spiranti labiali* (F) quam postea auctiores. Cujus consonantis vis quam late pauperit in carminibus Homericis, cuivis hodie notum est. Multo pauciora litterae vestigia in Attica et Ionica dialectis deteguntur, quae primae spirantes aboleverunt; sed non omnino desunt: vide quae Renanius in Curtii stud. vol. I fasc. 2 de ea re protulit. Atque in tragoediis Atticis digammatis vis ter deprehenditur: semel in Agam v. 1147., bis in Sophocl. fabular. Electr. v. 196. et Trach. v. 650.: ubique ante *oi* dativum hiatus admissus est. Rem commemoravisse satis: sed proprietas Aeschylea Sophocleis versibus redarguitur neque ex diverbio repetita.

Deinde *tenuis pro aspirata* in diverbio Aeschyleo interdum legitur. Inveni *πανὸν* in Ag. v. 284: sic enim Aeschylum dixisse Athenaeus (XV p. 700 E.) testatur, quamvis liber La. *φανὸν* exhibeat. Idem Athenaeus eodem loco Euripideae Ionis versui 195 *πανὸν* adiudicavit; in libris *πανὸν* est; cf. fragm. Alcumenae Euripideae hoc: *πόθεν δὲ πένης πανὸν ἐξεύρος λαβεῖν*, quod est apud Dindorfium nonagesimum alterum. Aristophanes concretum quidem *πανός* dixit, nomen proprium et ab *π* et ab *φ* incohavit. Neque vero negari potest a *φ* aspirata stirpem initium cepisse; cf. Curtii Etymol. p. 278. In universum autem Atticos dasynticos fuisse et hic et alibi libri Aristophanis Atticique tituli docent; cf. Wecklein. cur. ep. p. 43. et Curtii Etym. p. 642. Ionicae igitur dialecto Aeschylum morem gessisse iudico. Iam ex G. Hermanni adnotatione ad Agam. v. 269. facta colligo veteres grammaticos formam *φανός* comicam, *πανός* tragicam existimavisse; cf. etiam Lobeck. ad Ai. (ed. II.) 356. Sequitur ut Aeschylea proprietas non sit. — Porro *ανήλιος* legitur in Ag. 519. et in Soph. Ai. 805. et in Eurip. Ion. 1550. Attici quidem *ήλιος* aspere pronuntiabant sed ceteris in dialectis vocabulum leni instructum erat. Attamem Atticos *ανήλιος* et *ἀπηλιώτης* dixisse Phrynichus testatur; cf. Curtii Etym. p. 642. Cui grammatico fidem habendam esse ego censeo et Aristophaneae Av. v. 110., ubi *ἀπηλιασής* vocabulum extat, documento esse potest. Ceterum proprietatem Aeschyleam ne hic quidem esse deprehensam concedes. — Deinde *φροίμιον φροιμάζομαι θράσσω* vocabula considerata sunt, ubi in tenuis locum aspirata successit. Extant *φροίμιον* in Ag. v. 31. 829. 1216. 1354. Sept. 7.; *θράσαι* in Prom. 628. Iam utriusque vocabuli aspiratam *φ* consonanti deberi Kühner in gram. Graec. uber. p. 208. putat, cui iudicio assentitur Curtius in Etym. p. 619. uberiusque de eadem aspiratione in Etym.

p. 456. sq. disputavit. — De *θράξει* haec addo: ad Soph. fragm. 812. Dindorfius . . . καὶ τὸ συνεχύθη ἐθράχθη Σοφοκλῆς λέγει ex Bekkeri Anecd. p. 352, 16. adscripsit. In Rhesi v. 863. quinto pede *θράσσει* legitur, adeo ut de prioris vocalis mensura judicari nequeat. Equidem stirpem verbi *τραχ* esse censeo, cui quo levius pronuntiaretur in ter τ et ρ indebatur α; similia exempla conguessit Curtius in Etym. p. 608. sq. Iam ex *τραχ* stirpe formae verbi ita enascebantur ut etiam ex breviori stirpe fingerentur, id quod exemplum ex Rheso fabula petitum docet. Eo vero nomine Dindorfium vitupero, quod auctoribus Buttmano Lobecko *θράξει* aoristi paenultimam circumflexo instruxit: acutum et libri et grammatici ab Hermanno nominati testantur. — Ceterum neque *θράξει* proprium esse Aeschylō exemplis quae enumeravi probatur neque raro *φροίμιον* apud Euripidem extat.

De aspiratione quod modo egi, adducor ut quae de spiritu vocalibus indito commemoratione digna habeam iam proferam. Legi *ἄδην* in Ag. 828; *ἔρδω* in Ag. 933, Cho. 513, Ag. 1649 troch.; *ἄγος* in Sept. 1017; cf. Cho. 155, ubi libri quidem *ἀλγος* habent, sed aut *ἄγος* aut *ἄγος* ex scholiastae adnotatione erui debet. Elmsleius quidem ad O. R. 402 *ἄγος* scribi iussit in O. R. 1425. et in Antig. 775, sed repugnantibus libris: item alii viri docti in O. R. 402 *ἀγηλατήσσειν* probarunt, testimonio Eustathii, quod est in comm. Odys. p. 1704, nisi; sed Schneider (p. 19.) lenem spiritum defendere studet et in Aesch. Cho. 155. post Victorium omnes editores *ἄγος* receperunt. Ego duas stirpes duplici cum vi extare censeo: altera *ἄγ* sacrum valebat; documento sunt verba Hesychii ab Hermanno ad Cho. 147. adscripta. Alteram *ἄγ* stirpem lenem habuisse spiritum Etym. M. s. v. *ἄγιος* docere Curtius in Etymol. p. 161. monuit: in hac autem piaculi vis inerat. Atque sic hodie in historia Thucydidea restitutum est. Est igitur scribendum in Cho. 155. *ἄγος*, sed *ἄγος* in Sept. 1017. et in Antig. 775. *ὡς ἄγος*. — Deinde *ἄδην* videamus. Ac voci asperum deberi primum Latina sa-tur, sa-tis vocabula demonstrant, cf. Curtii Etym. p. 637; deinde Atticos asperum pronuntiavisse grammatici veteres testantur. Quare in fabulis Aeschyli *ἄδην* restituere non dubito, praesertim cum in Homericis quoque carminibus Aristarchus retinuerit. — Ceterorum tragicorum neuter vocabulo usus est. — Tum *ἔρδειν* aspero instruendum esse Schneider in p. 20. contendit, sed liber Sophocleus in O. C. 1074 *ἔρδονσιν* exhibet; quamquam in Sept. 331. *ἔρδειν* est.

De aspiratione postquam verba feci, alio me convertō. *Labialis pro gutturali* in *πᾶσαι* usurpata esse videtur. Extant *παμτησία* in Sept. 817; in Ag. 835. Cho. 191. *πεπαμένος*; (*πᾶσαι* in Eum. 177 ch.); *ἐπασάμην* in fragm. 213.; aoristus in Soph. Antig. 202, perfectum in Eurip. Andr. 641. Herc. f. 1426. et compluriens in anabasi Xenophontea inveniuntur. Sed *πᾶσαι* *πᾶσαι* verba non ad eandem stirpem revocanda esse facile concedet qui Curtii Etym. p. 149. et 265. inspexerit: adeo ut mihi hanc quaestionem missam facere liceat.

Tum in verbis simplicibus, quamvis saepe in libris tragicorum *σσ* legatur, tamen *duplex τ* interdum reperitur; exempla Sophoclea Schneider in p. 16. enumeravit, Aeschyleum hoc ego profero *ἀπαλλάττουσιν* ex Ag. 1289, cf. Pers. 410, Prom. 328. 883, Sup. 985. Sed veteres grammatici hanc scripturam tragicis prorsus eximunt, adeo ut verisimile sit ubique *σσ* esse scribendum, quamvis in titulis Atticis *ττ* ubique extet. Neque vero comicis a communi sermone recedere licebat. Quod autem Thucydides formis in *σσ* utitur, hoc in exemplis singularis propriaeque dicendi consuetudinis ponendum est. Vide Kühner Gr. I. p. 127 not. 1.

De *σσ* quod est in commissura compositorum hoc dico: *ἐπίσσυτος* est in Ag. 887. cf. Eum. 895 ch., eademque forma in Eurip. Hipp. v. 574. obvia est, cf. *δορύσσοος* ex Aesch. Sup. 182. Exemplo Euripideo Aeschylea proprietates redarguitur. Est autem ratio duplicis *σ* haec: radix verbi si *σν* est, ut vult Curtius in Etym. p. 335, inde *σ* duplicati originem ego non perspicio neque *ἔσσυμένος* participium quod reduplicationi inversae deberi potest me sublevat,

sed sermo epicus, ubi etiam in aoristo activi σ duplicatum est, ut in Iliad. XX, 59. Iam cum $\xi\sigma\sigma\acute{\epsilon}\iota\omicron\upsilon\tau\omicron$ formam et ipsam Homericam viri docti ad $\sigma F\epsilon$ stirpem revocent, ego etiam $\sigma F\upsilon$ stirpem constituo cum Kühner. gr. I, 496., nisus ipso σ duplicato.

Quaestionem de σ spiranti institutam ut ad finem perducam, pauca addo. Ac primum vetustioris Atthidis erat $\rho\sigma$ enuntiare: exempla Aeschylea sunt $\Phi\alpha\rho\sigma\acute{\upsilon}\nu\epsilon\iota\nu$ in Pers. 216 troch., $\acute{\epsilon}\pi\omicron\rho\sigma\acute{\upsilon}\nu\theta\eta$ ibid. 267, $\pi\upsilon\rho\sigma\acute{\gamma}$ 316, $\acute{\alpha}\rho\sigma\acute{\epsilon}\nu\omega\nu$ in Sup. 283, $\acute{\alpha}\rho\sigma\epsilon\nu\omicron\varsigma$ ibid. 487, $\acute{\alpha}\rho\sigma\epsilon\sigma\iota$ 951, $\acute{\alpha}\rho\sigma\epsilon\nu\alpha\varsigma$ 952, $\acute{\alpha}\rho\sigma\epsilon\nu$ in Eum. 737. et sic semper apud tragicos Thucydidem Andocidem legi debet, recentioris usus cum essent $\rho\rho$. At saepe etiam apud pedestres vel meliorum temporum auctores ρ duplex reperiri auctore Poppone Schneider in p. 16. monuit. Denique proprietatem Aeschyleam proferre mihi non sum visus, sed nullam rem praetermittendam esse existimavi.

Deinde de *euphónico quod vocatur* σ pauca profero quod est in $\sigma\acute{\epsilon}\sigma\omega\sigma\mu\alpha\iota$ similibusque formis verborum. Inveni $\sigma\epsilon\sigma\omega\sigma\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$ in Pers. 503, $\sigma\acute{\epsilon}\sigma\omega\sigma\tau\alpha\iota$ in Sept. 804. 820, sed $\acute{\alpha}\sigma\omega\tau\omicron\varsigma$ in Ag. 1597, $\sigma\omega\theta\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ in Pers. 214. Denique $\sigma\omega\iota\zeta$ in Prom. 374 liber La. exhibet, qua lectione commemoranda Dindorfius supersedit, sed vera bonaque. Nec aliter in titulis eae formae quae ζ habent scriptae sunt; vide quae Wecklein in cur. epig. p. 45. et 46. disputavit. A $\sigma\alpha\omicron$ $\sigma\omega$ stirpe enim $\sigma\omega\acute{\iota}\zeta\omega$ $\sigma\acute{\omega}\zeta\omega$ ita originem cepit ut $\acute{\alpha}\theta\rho\omicron\iota\zeta\omega$, $\acute{\alpha}\theta\rho\omicron\iota\zeta\omega$ ab $\acute{\alpha}\theta\rho\omicron$ stirpe et posteriore demum aetate, qua omnino ι adscriptum saepe omitti solebat, ι oblitterato $\sigma\acute{\omega}\zeta\omega$ scribi coeptum est. Praeterea in epicis carminibus $\sigma\acute{\alpha}\omicron\omega$ et $\sigma\acute{\omega}\omega$ verba exstant: huc etiam $\xi\sigma\omega\theta\eta$ $\sigma\acute{\epsilon}\sigma\omega\mu\alpha\iota$ ceterae formae revocandae sunt. Quae quin sine σ scribi debeant non est dubium. Mixta igitur est ac composita $\sigma\acute{\omega}\zeta\epsilon\iota\nu$ verbi declinatio. Quare $\sigma\epsilon\sigma\omega\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$ et $\sigma\acute{\epsilon}\sigma\omega\tau\alpha\iota$ in versibus supra nominatis corrigo.²⁾ — Tum in Pers. 397 $\kappa\epsilon\lambda\epsilon\acute{\upsilon}\mu\alpha\iota\omicron\varsigma$ est et $\kappa\epsilon\lambda\epsilon\nu\mu\acute{\alpha}\tau\omega\nu$ in Cho. 751, sed $\kappa\epsilon\lambda\epsilon\acute{\upsilon}\sigma\mu\alpha\sigma\iota\nu$ in Eum. 235. liber La. habet. Porro ut $\kappa\lambda\alpha\acute{\upsilon}\mu\alpha$ in Ant. 932. Phil. 1260. Arist. Pac. 249 extat ita in Ag. 887. 1628 Pers. 705. $\kappa\lambda\alpha\acute{\upsilon}\mu\alpha$ nominis casus sine σ scripti inveniuntur in La. et $\kappa\epsilon\kappa\lambda\alpha\nu\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\nu$ in Cho. 687, cf. 731. 457.; deterioris notae libri passim σ exhibent: ubique librariorum σ addendo peccasse Wecklein, nisus memoria grammaticorum, optima quaque fide librorum, ratione ex usu librariorum collecta in p. 61 et 62 demonstravit. Idem valet de $\kappa\acute{\epsilon}\kappa\lambda\eta\mu\alpha\iota$ ³⁾ perfecti forma in Sup. 956; cf. Soph. fr. 635. Eur. Hel. 977.

Tum $\sigma\mu\iota\kappa\rho\acute{\omicron}\varsigma$ legi in Ag. 1301. 1437. Prom. 977. Cho. 204. 262. Sept. 958; Sophoclei libri sexiens fere $\mu\iota\kappa\rho\acute{\omicron}\varsigma$ habent, sexcentiens $\sigma\mu\iota\kappa\rho\acute{\omicron}\varsigma$: adeo ut exemplorum multitudo si respicitur, forma quae ab σ initium habet praeferenda esse videatur. Aristophanis libri vehementer fluctuant et quotiens $\sigma\mu\iota\kappa\rho\acute{\omicron}\varsigma$ totiens fere $\mu\iota\kappa\rho\acute{\omicron}\varsigma$ exhibent. Denique in titulis semel $\sigma\mu\iota\kappa\rho\acute{\omicron}\varsigma$ legitur, cf. Wecklein. p. 54. Ceterum $\sigma\mu\iota\kappa\rho\acute{\omicron}\varsigma$ forma quam $\mu\iota\kappa\rho\acute{\omicron}\varsigma$ vetustior esse videtur: attamen unde σ originem duxerit dici nequit, cf. Curtii Etym. p. 645. Iam de scriptura virorum doctorum opiniones mirum quantum discrepent: Schneider (p. 18.) in formis $\mu\iota\kappa\rho\acute{\omicron}\varsigma$ et $\sigma\mu\iota\kappa\rho\acute{\omicron}\varsigma$ nisi metrum intercedat, ut in Ai. 161. Eurip. Med. 172, auctoritatem librorum respiciendam esse ait; imo hoc dicendum est: a tragicis $\mu\iota\kappa\rho\acute{\omicron}\varsigma$ formam neque usurpari nisi metri causa et de hominibus rebusve humanis semper dici, cf. Wecklein. p. 55. et Ellendt. lex. Soph. s. v.; Aristophanem in hac re cum tragicis non licet componere.

Deinde $\omicron\acute{\upsilon}\tau\omega$ in Sept. 1012. 1020. Sup. 337. 771. Cho. 252. 504. Eum. 100, sed $\omicron\acute{\upsilon}\tau\omega\varsigma$ in Ag. 1602. Sept. 811. 812. Cho. 567. metri necessitate leguntur. Inter duas formas quae ratio intercedere videatur pueri edocti sumus; sed nescio an puerilis sit ista doctrina, cum etiam prosae orationis scriptorum libri interdum $\omicron\acute{\upsilon}\tau\omega\varsigma$ ante consonas tueantur. Exempla collegit Kühner in gr. I. p. 230. Denique poetae omnes pro metri necessitate alteramutram formam adhibuisse videntur neque pauci restant versus, ubi utra praeferenda sit hodieque dubitatur et semper dubitabitur. Ceterum adverbii $\omicron\acute{\upsilon}\tau\omega\varsigma$ initio haud temere est appositum σ , sed aliud

adverbiorum suffixum est *ως* aliud *ω*; unde plerumque et sensus discrimen comparet ita ut adverbia in *ω* localem habeant vim, modalem in *ως*. At de *οὕτω οὕτως* formis hoc dici nequit; cf. Kühneri gr. I. p. 727.

Iam cum ad litteras *appositivas* simus delapsi: *μαλθακός* pro *μαλακός* inveni in Ag. 951. 1642. Eum. 74. cf. fragm. 210; *μαλθάσση* in Prom. 379; *μαλθάσσει* in Prom. 1008. Contra *μαλακός* est in fragm. 202, 8. Sophocles *μαλακός* semel usurpavit in Antig. 783. ch. *μαλάσσω* quater, *μαλθάσσω* semel, *μαλθακός* in O. C. 778., Phil. 629; Euripides in Or. 692; Aristophanes octiens; cf. *μαλθάζαιμεν* ex Herc. f. 288; proprietas igitur Aeschylea non est. Sed de ratione aspiratae hoc addere liceat: sunt qui *θ* consonantem stirpi propriam fuisse defendant, quod iudicium Curtius in Etym. p. 304. et 489. ita infirmavit, ut in p. 474 *θ* illud augmentum posteriore tempore inditum esse contendat. Poetae vero qua lege sive hac sive illa forma usi sint in propatulo est.

Tum *πόλις* formae epicae exempla sint Sept. 250. 501. 561. Eum. 79; multo autem saepius *πόλις* legitur, id quod infra ad declinationem demonstrabitur. Neque Aeschylus nisi metro coactus epicam formam admisisse videtur. Iam vero *πόλις* forma haud scio an vetustior sit, cum ne Latina quidem populi et populandi vocabula t consonantis ullum vestigium exhibeant. Graecae vocis τ hodie ex j, quod erat post π ortum esse dicitur; vide Curtii Etym. p. 453 et Kühneri gramm. I p. 199. Usum si videmus, *πόλις* forma in fabulis Aristophaneis non extat, sed est in Eurip. Hecub. 767; Andr. 1. (M. A. B.); Sophocleum exemplum inveni nullum.

Levi hac re obiter tacta magis quam explicata ad graviorem me converto: in Pers. 316 *δάσκιος* legi et ibidem *ζαπληθῆ*; addo *ζαχρεῖ(α)* ex Sup. 194, *ζάπυροι* ex Prom. 1084, *ζαθέαν* ex fragm. 357, qui tres versus canticorum sunt. Iam et ζα- et δα- cum δια, quod praefixum latini per vim habet, utcunque cohaerent. Atque in Lesbica dialecto Aeolium δι- in ζ fere abisse notissima est res, quae etiam Curtius in Etym. p. 594 verba fecit: vide Theocriti 29, 6, ubi etiam praepositio ζα extat; sed similia exempla cumulare taedet. Attamen Lesbii et in libris etiam soluta forma interdum obvia fit et in titulis semper δια- ita legitur ut ibidem ubique *Ζόνυξος* nomen extet; vide ex c. C. J. G. I, 2167. (ed. I.) Neque minus etiam extra dialectum Aeoliam ζα monosyllabum erat — quae exempla concessit Curtius in Etym. p. 564. 565. — aut ex tragicis unus Aeschylus has formas usurpavit: Euripides *ζάχρυσος* *ζάθεος* vocabulis usus est ut in Alc. 498. Rhes. 439; de *ζαμενής* Sophocleo v. Ellendt. Boeotica dialectus pro ζ, quod in initio vocabulorum esse debebat, merum δ suum fecit; cf. Ahrens. p. 175 et Curtii Etym. p. 568. Consonantium δj igitur, a quibus vocabula initium habebant, posterior evanuit: contra ζ ita effectum est ut aut δj in sibilantem ζ abirent — sic enim Curtius iudicavit — aut mixtum illud duarum consonantium sonum Lesbii signo ζ scribendo redderent, ut mavult Kirchhoffius Berolinensis. — Ceterum ne *δάσκιος* formam in numero proprietatum Aeschyli habeas: Sophocles Trach. 13, Euripidis Bacch. 216, Aristophanis Thesmoph. 998 idem vocabulum exhibent.

De litteris supervacaneis quae esse videntur cum modo egerim, iam quae de ν *ἐφελκυστικῆ* dicenda habeo addam. Quod de hac littera pueri docemur, id primum ab usu poetarum abhorret. Ego ν litterae ante consonantes vel in exitu senariorum positae exemplorum in tanta farragine nullum adscripsi, utpote quae legenti ubivis ultro se offerant. Tituli nullam in hac re constantiam exhibent — tum enim illud ν ante vocalem abest tum ante consonantem servatur, (exempla enumeravit Wecklein. cur. ep. p. 50. 51) — omnesque fere Atheniensium leges a verbis *ἔδοξεν τῆ βουλῆ καὶ κ. τ. λ.* initium habuisse notum est. Poetae vero quem ad usum in medio versu illud ν ante consonantes scripserint in propatulo est, scilicet ut producerent syllabas. In exitu autem versus dubitatio esse potest sitne ν scribendum an

omittendum. Proximi versus primum vocabulum si ab a vocali initium capit scriptum ego volo, sed ante consonantes versus insequentis Wecklein in p. 51 ‚si aliquid‘ inquit ‚in hac re statui potest, ita distinguendum esse puto ut addatur illud *v*, cum arsis versus claudit velut in trimetris iambicis, omittatur cum in thesin versus exit.‘ Aliter Schneider in p. 61 iudicavit: denique etiam nunc de hac re inter viros doctos dubitatur. — De indole vero atque origine litterae quid placuerit grammaticis Curtius in Etym. p. 54 breviter exposuit.

Similis est *v* terminalis ratio in *πέραν* vocabulo. Legi *πέρα δίκης* in Prom. 30. et in 507. *καιροῦ πέρα*, sed in Agam. 1200. *πόντου πέραν*. Atque eadem quidem vox est *πέρα* eadem *πέραν*, sed diversa terminatione vis significatur diversa: scilicet *πέρα* valet „ultra“, „trans“ *πέραν*; praeterea ita distinguuntur ut prius vocabulum ante vocalem non ponatur in diverbiis, alterum non dicatur translate; cf. Buttmani Lexil. II. p. 25; vide etiam quae Hermannus ad Agam. 1159. adnotavit. Ceterum Sophocli Euripidique Aeschyleo cum usu convenit. Cf. Kühner Gr. I, 229. i.

Tertium genus vocabulorum, quae tum *v* littera terminantur tum sine hac nota leguntur, *adverbia in θε (v)* sunt. Exempla sint *ἀγκαθεν* in Ag. 3., *ἄνωθεν* ibid 875. *ὑπόθεν* Sup. 381, *τοῖς ἔνερθε γῆς φίλοις* Pers. 229; *πέμπειν γῆς ἔνερθεν ἐς φάος* Pers. 222; *νῆσός τις ἔστι — πρόσθε Σαλαμῖνος τόπων* Pers. 447; *ἐνθεν* Prom. 367, *ἔξωθεν* Sept. 560; *πρῶρα πρόσθεν* Sup. 716; *γῆς ἔνερθε* Cho. 125 (intus), Eum. 1023; *πρόσθεν ἀνδρός εὔδει* Eum. 46; *τέντεῦθεν* Eum. 60, *ἀγκαθεν λαβῶν βρέτας* Eum. 80, *κλύοι πρόσωθεν* Eum. 297, *πρόσωθεν ἐξίχουσα* Eum. 397; *ἐνθεν διώκονσ' ἦλθον* Eum. 403., *οἰκεῖν λάτρων ἄτερθεν* Sup. 1011, cf. Soph. Antig. 25 *τοῖς ἔνερθεν ἐντιμον νεκροῖς*, Phaedr. fragm. 603, 1 *οὐδὲ γῆς ἔνερθ' ὄχου θανῶν*, — de quibus pauca in animo est explicare. Duo sunt *θε(v)* suffixa, quae quamvis posteriore tempore multifariam miscerentur, tamen per se valde discrepabant: unum *θεν* cuius *v* proprium est motionis vim habebat, alterum proprie *θα* vel *σθα* audiebatur, cui *v* per *π* non opus erat sed mere *ἐφελκυστικόν* est; vis autem quiescendi in aliquo loco inerat. Iam vero prius suffixum stirpibus nominum et pronominum, hoc praepositionum addebatur. Sed postea, ut dixi, duae classes permisceri solebant, ac praecipue formae quae in *ωθε(v)* terminabantur. Nihilo tamen setius etiam his adverbiis hic illic veram ac genuinam vim retentam esse videmus, ut in Ag. 875

πολλὰς ἄνωθεν ἀριάντας ἐμῆς δέξης

ἔλυσαν ἄλλοι πρὸς βίαν λελημημένης,

ubi *ἄνωθε(v)* idem atque *ἄνω* valet; cf. Cho. 835. ch. *ἐνδοθεν φοινίαν ἄταν τιθεῖς*. Confer primam disputationum, quas H. L. Ahrens in Philologi suppl. a. 1860. de Agamemnone Aeschylea instituit. — De *δῆθε* semel libris defenso in Eur. El. 268 viri docti ambigunt; cf. Kühner l. c.

Sed quaestionem de consonantibus institutam ut tandem aliquando ad finem perducam, unam rem commemorare in animo est: *metathesis* in disquisitionem veniat. — Primum *φάραξαντες* in Pers. 456. legi simillimaeque formae sunt *κατάφαρξτος* in Antig. 958. et *ἄφαρξτος* in Ai. 905., quae vero demum coniecturae Dindorfii debetur; liber La. *ἄφαρξτος* habet. Praesens est *φράσσω* et in Sept. 63 *φράξαι* liber La., *ἐφραξάμεσθαι* in 798. defendit. Iam Wecklein in p. 44. bonis argumentis in tragico sermone formas *ἀποφραγγνῶσαι* in Antig. 241 et *ἄφαρξτος* in Eur. Hipp. 657. et *ναύφαρξτος* in Pers. 950. ch. 1027. ch. Eur. Iphig. A. 1259. non esse mutandas probavit sed illud *φάραξαντες* correctura egere; contra comoediis metathesin propriam fuisse, quam in tragicum sermonem inducere studuit Dindorf.; cf. Ellendt. s. v. *φράσσω*, — Deinde obviae erant formae *καρτερὸς* in Prom. 207. Sept. 507. Supp. 612. *καρδία* in Eum. 466. 676. Cho. 102., *θάρσος* in Sept. 270. 792. Sup. 767. Sed *καρδία* legi in Prom. 881. *θάρσος* in Ag. 1437. f. Sept. 189; (cf. Rhein. Mus. VIII. 150.) Tali modo consonantes transponere poetici sermonis erat nec raro metri necessitate coacti. Interdum vero ne diiudicari quidem

potest utra collocatio litterarum genuina fuerit. Ut *κράτος* usitatissima sermonis Attici forma erat; sed Sanscritum *kar-man* verbum est et Romani agriculturae deam Cererem dixerunt; cf. Curtii Etym. p. 147. Memorabile autem est eam metathesin nisi iuxta *λ ρ* liquidas aut *μ ν* nasales locum non habuisse. Ceterum duplices id genus formae Aeschylō et cum ceteris tragicis et cum omnibus fere poetis communes erant; cf. Kühner. gr. I. 224. Adde *Ἀρταφρένης* ex Pers. 776. 778, cf. 21. ch.: qua de forma bene exposuit Stein in adnotatione ad Herodoti III, 70. et V, 25. adscripta. De consonantibus hoc protulisse satis habui.

Iam de **vocalibus** ita disputabitur ut disputationis initium sit ab a vocali.

Ac primum quidem vidi ab Aeschylō *a vocalem* productam esse in *εὐκλεία* vocabulo quod est in Sept. 685: *κακῶν δὲ κῆροχῶν οὐτιν' εὐκλείαν ἐρεῖς*. Non alia ratione, si quae fides est accentui, de usu vocabuli *ὑγεία* ambigit Aristophanes in Av. 604. 605: *πῶς δ' ὑγείαν δώσομεν αὐτοῖς . . .* et *ἦν εὖ πράττωσ', οὐχ ὑγεία μεγάλη τοῦτ' ἐστί*; sed ut in priore versu bene diiudicari nequeat. In Sophoclearum Phil. 129. et Trach. 350. *ἀγροία* vocabulum Bacchium efficit. Iam vero ubique primae declinationis *a* terminale proprie longum fuisse nota est res; vide etiam Bücheleri de declinatione libelli p. 9, qui vir doctus latina exempla paucissima congescit. In eis de quibus ago substantivis dialectus Ionica *η* exhibet. Vestigium igitur antiquitatis in poetis Atticorum scenicis deprehendimus, sed quod unus Aeschylus sibi vindicare non potest.

Deinde in diverbio Aeschyleo passim *a* longum comparet, ubi *η* tu expectaveris. Enumero: *βαῖτε* ex Supp. 191. *ὀπαδός* ex 985. *ὀπάων* ex Cho. 769. Sup. 954. *δαρόν* ex Sup. 516. *νᾶμα* ex Prom. 806. *κάρβανος* ex Sup. 914. Ag. 1061. *πόρπασον* ex Prom. 61. *ἀνατὶ* ex Eum. 59. *ἔκατι* ex Ag. 874. Pers. 337. Cho. 214. 701. 996. Eum. 71. 759. *βόαμα* ex Ag. 920. *οἶακος* ex Sup. 717. (cf. Valckenar. ad Hippol. 1226) *δαίιος* ex Ag. 559. *φιλένωρ* ex Ag. 856. *γάμορος* ex Sup. 613. Eum. 890. *γάποτος* ex Cho. 97. 164. *βαλός* ex Cho. 571. *ἰκεταδόκον* ex Sup. 713. *ἄραρε* ex Prom. 60. *Ἀθάνα* ex Eum. 225. 235. 242. 411. 666. 671. 728. 883, Sept. 487. *ταγός* ex Pers. 480. — Doricas quae esse videntur illas formas editores tum probaverunt tum improbaverunt. Sed secundum auctoritatem doctorum virorum, quos nominatim profert Schneider p. 26, concessae sunt hodie dialogis formae *Ἀθάνα*, *δαρός*, *ἔκατι* *ἐκαβόλος*, *κνναγός*, *ποδαγός*, *ταγός*, *λοχαγός*, *ξνναγός*, *ὀπαδός*, *νᾶμα*, *ὀπάων*, *ἄραρα*; prae ceteris vero tragicis Aeschylum doricas formas, suas factas dum in Sicilia degeret, in trimetris amasse Schneider dixit. Qua de opinione quid sit iudicandum infra videbimus: iam singulas quasdam formas contemplemur. Prima *Ἀθάνα* forma commodissima esse videtur; nam apud Soph. haec una obvía est, cum Aeschylus etiam *Ἀθηναία* dixerit, ut in Eum. 288. 299. 584. Cho. 278. Errat igitur Genthe in lexico Sophocleo s. v. *Ἀθάνα*, cui istam formam apud tragicos non legi mirum videatur. Aristophaneis ex versibus uno in Nub. 602, qui cantici est, trisyllaba vox legitur, imo *Ἀθηνα* et saepissime *Ἀθηναία* dixit; cf. Wecklein p. 11. sq. Antiquissimam formam *Ἀθηναία*, tum *Ἀθηνα* in usu fuisse, qui usus admodum maturus erat, denique *Ἀθηνα* contractione prodisse ut rem notissimam obiter monstrasse satis habeo. Iam vero *Ἀθάνα* formam quotidiani sermonis fuisse recte negavit Böckhius Staatsh. II. p. 200; nam ne potuisse quidem eam communis usus esse testimonio est *a* paenultima: cf. Wecklein p. 11. Atheniensium in oribus *ἡ θεός* erat vel, cum solemnus dicturi erant, *ἡ Ἀθηναία* ad Euclidis fere aetatem. Quodsi poetis ac

praecipue Sophocli forma Ἀθάνα commodior fuit, et ipsa satis vetusta ac sollemnis fuisse debet. Idem in universum valere puto in ὄπαδός vocabulum, quod praeter poetas nemo usurpavit. Quare vox cum communi usui esset excepta mutationem vocalis effugit et α suum semper retinuit. Iam poetas, si vocabulum adhibere volebant, aliter atque initio enuntiatum erat, ne ipsis quidem enuntiare licebat. — Idem censeo de ἔκατι, cuius vocabuli epica forma ἐκίτι est; idem de δαρόν forma tragicis quidem non inusitata, sed quod vocabulum sermo Atticus mane repudiavit; idem de νᾶμα, quod vocabulum Plato demum, quo erat poetico et ingenio et sermone, denuo adhibuit. — Tum δάιος forma in Ag. versu 559. Dindorfio debetur, libri exhibent δήϊον; porro in Sept. 278 vulgo legitur:

θήσειν τρόπαια, πολεμίον δ' ἐσθήματα
λάφυρα δαΐων δουρὺ πλῆγ' ἄγνοις δόμοις —

quos versus aliter correxerit Hermannus, aliter Dindorfius, sed ut uterque α in δάϊων vel δαΐων retineret. Contra in Sept. 72 δηάλωτος librorum auctoritate munitur. Quare non errare mihi videor in v. 278 ut in voto Eteoclem solemnem atque obsoleta forma de industria esse usum. — Ἀνατὶ vero ex ἀναατι contractum est: iam η esse non poterat. Dorismus igitur hic statui omnino nequit. Ceterum eadem forma est in Antig. 481. — Tum πρόναος adiectivum quo Aeschylus ex tragicis poetas unus usus est in Sup. 494. eodem iure α retinuit, quo iure ναός et λαός, de quibus infra agatur quaeque non sunt Doricae imo Atticae sed priscorum temporum: posteriore aetate homines Attici vocalium mensura commutata νεώς et λεώς dicebant. Poetae vero suo iure quo erant studio vocum antiquarum antiquas formas adhibebant, sive sollemniter dicebant sive quod vocabula e sermone Attico evanida facta erant: id quod de omnibus formis in p. 11. enumeratis dictum volo. — Tum φιλένωρ Aeschylea est vox; ceteri tragici et pedestres scriptores φίλανδρος dicebant. Sed ne poterat quidem Aeschylus φιλήνωρ dicere, quia ἀνήρ vocabuli α per se breve erat: constat autem tantummodo α natura longum in η abisse. — Item ἱκετάδοκος βαλός γάμορος γάποτος unius ni fallor Aeschyli sunt e tragicis. — Tum senarii Prom. 353. ἑκατογάρηρον liber M. ita defendit ut super ἦ scriptum sit α, sed editores plerique ἑκατογάρωνον receperunt, quod καρανῶσαι, καρανιστήρ dicerent tragici; at scholiasta ad Pindari Nem. X, 12. κάρηνα ex trimetro Meleagri Euripideae adnotavit. Quare non video, cur contra auctoritatem Laurentianam α scribendum sit. Denique in Prom. 363 παρόορος legitur. Homericis in carminibus quidem παρήορος extat, cum ceteri tragici vocabulum non usurparent. Iam Atticum μετέωρος, quod eodem revocandum esse Curtius in Etym. p. 331. monuit, compares quaeso: Curtio concedes αφερ fuisse radicem vel potius φερ, sed ut α praefigi soleret. Quod praefixum per se breve erat omnium vocalium praefixarum instar; iam secundum leges sermonis Attici η evadere non poterat. Ceterum ad Atticam alteram quae fertur declinationem relego infra tractandam.

Deinde alterum α productorum genus extat, quod pauca dicenda sunt: solent viri docti in fabulis et tragicorum et comicorum αεί, κᾶω, κλάω, ἔλαα, ἀετός scribere. — Ex quibus ut primum αεί videamus, imprimis Porsoni Attico in usu αεί fuisse, sed ut α ancipitis esset mensurae, plerumque creditur. Cui opinioni adversantur tituli, in quibus αεί et αίει formae promiscue leguntur, cf. Wecklein p. 63. Iusta igitur caussa est nulla cur αίει formam a diverbio tragicorum abiudicemus ibi, ubi spondeus requiritur ut in Sup. 788. Pers. 176. 760. Eum. 76. 596. 773. 836. Atque comprobatur diphthongus titulis, libris ms., testimonio Marcellini, quod Wecklein l. l. protulit. In versibus autem Prom. 26. 42. Sup. 514 dubitari potest utra tandem forma alteri posthabenda sit, cum in primo senariorum pede vocabulum legatur, aequae ac in Prom. 519. quintum pedem complet. Contra mera α vocalis scribi debet, ubi iambica mensura locum habet ut in Pers. 443., Prom. 732. 937. — Ac ne αἰέν quidem

forma tragici abstinuerunt: obvia erat legenti in Ag. 891, Pers. 616; sed Aristophanes abstinuit, excepta epica elocutione *αἰὲν ἐοῦσιν* Av. 688. Sophocleorum versuum, qui vocabulum exhibent, chorici sunt El. 165. 1329. O. C. 688. 703; rarius comparet in trimetris ut in Trach. 16. 325. — Deinde extat *αἰετός* in Pers. 205. Prom. 1022. Cho. 247, *αἰετός* in Cho. 258, sed ut *α* producta sit. Item *αἰετός* in Soph. Antig. 113. 1040 legitur. Titulos *αι* diphthongum tueri Wecklein p. 63. exemplis demonstravit: quare quin *αἰετός* apud tragicos relinquendum sit non dubito nec cum Dindorfio, qui ubique diphthongum delevit, mihi convenit. — Tum *ἐλάα* forma est in Aeschyleae Eum. 43, et in O. C. 17. 484. 701, sed *ἐλαίας* ex Ag. 494., Pers. 617. depromo et *ἐλαιόφυτος* ex Pers. 884 ch.; similiter ambigit Sophoclearum fabularum liber La.; cf. Ellendt. lex. Soph. s. v. *ἐλάα*. Quare in dubium potest vocari ultra tandem forma palmaris sit. Ac titulos si videmus ubique *ἐλάα* legitur, cf. Wecklein p. 63; attamen ex producta *α* vocali ultimae syllabae facile colligitur initio vocabulum in paenultima diphthongum habuisse. Sed ut *Ἀθηναία* forma iam veterum ac priscorum in oribus erat, ita hic quoque simplex vocalis multo prius extitisse videtur quam in primis *αἰεὶ αἰετός* vocabulorum syllabis ubi per se in diphthongo gravius momentum inest. Denique *ἐλάα* forma et tragicis et Aristophani ubique danda esse videtur. — Sed maius momentum quod *αἰεὶ* et *αἰετός* formarum in diphthongis infuisse dixi etiam *καίω* et *κλαίω* verba sibi vindicant. In Aeschyli fabulis La. ubique per *αι* scriptum vocabulum *κλαίω* exhibet; vide ex. c. Sept. 656, 1058. 1067, (ubi Porsonus *κλάω* recepit), fragm. 142; *κλαίεσκον* in fragm. 309, 3; uno in Sup. 925 *κλάοις*; in duodecim locis constanter *αι* servat La. Sophocleus, cf. Ellendt. lex. Soph. s. v. *κλαίω*. Iam ut *κλαίω* duce Hermanno in tragicum sermonem restituat Schneider p. 22 omnes curas in eo consumit, quocum Weckleinio in p. 65. ita convenit ut fabulis tragicis semper *κλαίω*, comicis *κλάω* data velit; idem de *καίω κάω* formis valere contendit. Ego concedo, non nescius aliud esse iudicium Hermanni Genthe in lexico Sophocleo s. v. *κλαίω* expositum. At *κλάω* Weckleinium recte tribuisse canticis tragicorum persuadere mihi non possum. Quorsum enim in canticis tragici quam in diverbio proprius ad vulgarem sermonem accessisse videntur? Accedit quod liber La. in canticis aequae ac in diverbio fere *αι* diphthongum exhibet. — Denique *Ἀχαιίδος* quod est in Pers. 488. Aeschyleum esse videtur.

Iam disputationem de *α* vocali institutam ita missam facio ut unam rem summatim attingam: *καλός* adi. in Sept. 379. Sup. 718 priorem corripuit. Eundem Euripideum Sophocleumque usum fuisse ex eo colligo, quod uterque ad producendam syllabam in compositis *λ* duplicavit, cf. Hec. 1. O. C. 682. Simile *καλλίπρωρον* ex Aeschyl. Ag. 220. cantico. comparo. Nec non multis in Aristophaneis versibus *λ* iteratum est, ut producta efficeretur syllaba. Sequitur ut Attici homines paenultimam semper corripuerint; Ionicae vero poeseos monumenta de *α* vocalis mensura ambigunt, Homericis in carminibus *α* ubique producitur. Quod *α* longum qua sit ratione accipiendum et Curtius in Etym. 506. 134. exposuit et cuius notum est, cum praesertim *κάλλος κάλλιστος* formae extent: sibilans post *λ* evanida facta duplicis mensurae rationem fulcit. Ceterum Aeschylum ne hic quidem a consuetudine patrii sermonis recessisse videmus. — Denique de primae syllabae *α* longo vocabuli *ἀπαράμυθος* quod est in Prom. 185. nihil dicendum; cantici versus.

Adhuc in eo versabar, ut a tragicis interdum *α* longum usurpatum esse demonstrarem, cum sermo Atticus aut *α* breve aut *η* postularet. Iam eo magis mirum est, quod Aeschylus unum vocabulum per *η* pronuntiavit, in quo secundum usum Atticum *η* locum habere non debebat: *Θρηνη* legi in Pers. 509.; cf. *Θρηναίαι* ex Ag. 644. 1418., *Θρηναίαισιν* ex Soph. Antig. 589; item Aristophanes quamvis *Θρηναίαι* in diverbio ubique enuntiaverit, in Nub. 681., qui cantici est, *Θρηναία* dixit. Est igitur *η* in substantivo et derivatis *Θρηναία Θρηναίος* sola tragicis

expetita scriptura, illa quoque libris unice commendata. Ceterum exempla scripturae iudiciaque virorum doctorum invenies collata ab Ellendt. in lexico Soph. s. v. Denique inter tragicam Iadis imitationem hanc formam relatam velim.

Tum η pro ε enuntiati vel potius $\eta\acute{\iota}$ duabus syllabis pro $\varepsilon\iota$ monosyllabo exemplum est $\pi\alpha\rho\eta\acute{\iota}\varsigma$ in Sept. 534, non aequè iudicandum ac $\kappa\lambda\acute{\eta}\varsigma$ $\kappa\lambda\eta\tilde{\eta}\theta\rho\omega\upsilon$ pro $\kappa\lambda\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ similibus Atthidis inferioris vocibus; ceterum istam similitudinem nec Sophocleam nec Euripideam habeo quam comparem ullam. Tacet ea de re Kühner.

Aliam ad rem tractandam ut transeam, in diverbio Aeschyleo diphthongos passim ego inveni, cum Atticis oribus simplex vocalis enuntiaretur. Exempla adscribo $\xi\acute{\nu}\nu\omicron\upsilon\rho\omicron\varsigma$ ex Ag. 495; $\mu\omicron\upsilon\nu\omega\tilde{\nu}\psi$ ex Prom. 804. (sed $\mu\acute{\omicron}\nu\omicron\varsigma$ ex Ag. 841.); $\omicron\tilde{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$ ex Ag. 823. Sup. 188, 477. 1007. 1015. (sed $\epsilon\tilde{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$ ex Prom. 345.); $\delta\theta\omicron\tilde{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$ ex Prom. 330; $\pi\lambda\epsilon\acute{\iota}\omega$ ex Ag. 894. Sept. 23 (sed $\pi\lambda\acute{\epsilon}\omega\upsilon$ similes formas ex Ag. 1068. 1299. [sed verbis a librario et fortasse ulterius a correctore corruptis; pro $\pi\lambda\acute{\epsilon}\omega$ Schütz $\pi\lambda\acute{\epsilon}\omega\upsilon$ coniecit]. Prom. 41. 476. Cho. 902. Eum. 226. 621.); $\chi\rho\omicron\iota\acute{\alpha}$ ex Prom. 23. 493. — Ἐλάα ἐλαία formas et ipsas huc pertinentes supra attigi.

Initium explicandi ab $\omicron\tilde{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$ $\epsilon\tilde{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$ particulis facio: quin $\acute{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$ formam liber La. in Ag. 778. ch. defendit. Iam grammatici veteres $\omicron\tilde{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$ praepositionis ratione carere contendunt, ut Wecklein in p. 38. monuit; agnoscunt grammatici et praepositionem $\acute{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$ formamque magis poeticam $\epsilon\tilde{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$ et coniunctionem $\omicron\tilde{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$. Qua cum doctrina titulos consentire ex Weckleini cur. p. 36. colligo, ita ut praepositioni $\omicron\tilde{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$ fides abrogetur. Quod autem saepe in libris Aesch. et Soph. obvia est, id nihil dubitationis movebit, cum praesertim in notis scriptoris quae fides libris habenda sit sciamus. Accedit quod ob coniunctionem $\omicron\tilde{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$ error ille quasi ultro obvius erat. Quare praepositionem $\omicron\tilde{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$ et librariis deberi censendum est neque in Aristophaneis libris legitur. Iam ubi ob metri necessitatem dactylo erat locus ibi $\epsilon\tilde{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$ scribendum, praesertim cum ne Atticos quidem ab $\epsilon\tilde{\nu}\nu\epsilon\kappa\alpha$ prorsus abhorruisse ex titulis suspicari liceat. — Data occasione mentionem facio de $\xi\acute{\epsilon}\acute{\iota}\nu\omicron\varsigma$ $\kappa\epsilon\acute{\iota}\nu\omicron\varsigma$ vocabulis, quo de usu tragico in universum relego ad Wunderi exc. ad Soph. O. C. 925 institutam nec non ad Kühner. gramm. I. p. 118. Atque $\kappa\epsilon\acute{\iota}\nu\omicron\varsigma$ forma quidem Sophocleo in diverbio semel in Tr. 495. sed trimetrorum lege cogente nulla extat; nempe in La. scriptum est $\kappa\epsilon\acute{\iota}\nu\omicron\tilde{\nu}$, ε super $\varepsilon\iota$ a manu recentissima indito. Euripideum exemplum $\kappa\epsilon\acute{\iota}\nu\tilde{\nu}$ $\delta\acute{\omicron}\xi\alpha$ ex Iph. T. 418. ch. depromo, Elmsleianae curae librorum vestigiis insistenti debitum. Abstinit forma diphthongo instructa Aeschylus non omnino: $\kappa\epsilon\acute{\iota}\nu\omicron\varsigma$ est in Pers. 761, $\kappa\epsilon\acute{\iota}\nu\omicron\varsigma$ vero ex. c. in Pers. 484. 804. 718. 730. At $\xi\acute{\epsilon}\acute{\iota}\nu\omicron\varsigma$ respuit, quo vocabulo bis terve usus est Euripides, Sophocles non plane abstinit: $\xi\acute{\epsilon}\nu\omicron$ enim stirps ex. c. in O. C. versibus 174. 530. 518. 515 ubique in casus ita declinata

est ut in v. 515. scriptum sit in La. $\xi\acute{\epsilon}\nu\epsilon\acute{\iota}\alpha\varsigma$ sed $\acute{\iota}$ correctori debeatur. Ceterum perbene ea de scriptura exposuit Ellendt. in lex. Soph. s. v. $\xi\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$: primarium locum obtinuisse curas metricas, sed ut alio quoque respicerent tragici, quo nobis hic non est respiciendum. — Idem iudicaverim de $\mu\acute{\omicron}\tilde{\nu}\nu\omicron\varsigma$ forma, quae est in O. C. 874. quaeque in $\mu\omicron\upsilon\nu\omega\tilde{\nu}\psi$ forma Aeschylea supra adscripta. — Porro ratio metrica ad $\pi\lambda\epsilon\acute{\iota}\omega\upsilon$ $\pi\lambda\acute{\epsilon}\omega\upsilon$ formas et ipsas pertinet, ut vult Kühner in gr. I. p. 439, ita ut uberior forma crebrius fiat obvia. — Denique $\acute{\omicron}\tilde{\nu}\nu\omicron\upsilon\rho\omicron\varsigma$ vocabulo ex tragicis unus Aeschylus usus est; proprietatem igitur forsitan jure tu dixeris. Sed de proprietatibus, quae quidem in vocabulorum thesauro positae sunt, nunc non quaerimus, cum praesertim in Soph. Phil. 691. ch. $\pi\rho\acute{\omicron}\tilde{\omicron}\sigma\omicron\upsilon\rho\omicron\varsigma$ legatur. De diphthongo autem non aliud iudicium patet atque de diphthongo formarum, de quibus modo egi: Ionicae sunt libertates maximam partem iam ex Homericis carminibus notissimae; cf. Ellendt lex. Soph. s. v. $\pi\rho\acute{\omicron}\tilde{\omicron}\sigma\omicron\upsilon\rho\omicron\varsigma$. —

Restat ut de *χοιᾶ* vocabuli diphthongo videam. Genetivum *χοιᾶς* in Arist. Plut. 1020 liber Ravennas exhibet sed ceteri libri *χοῶας*, porro accus. *χοιᾶν* in Medeae 1168. extat. Alibi *χοῶα* simplici vocali in fabulis Aristophaneis legitur; miscuit igitur comicus formas non aliter atque *στοιᾶ* *στοᾶ* vocabulorum: *στοιᾶ* est in Eccl. 677. 684. 686, alibi *στοᾶ*. Attamen de Ionico usu cogitare ut hic liceat tantum abest, ut Atticas fuisse formas eas in quibus diphthongus insit et titulis patefiat et ex eo quod *α* longo retenta sit. — De titulis Weckleini curar. p. 53. edoctus sum; vide etiam quae Lobeck. in Phryn. p. 416. dixit. Iam vero *χοῶα* formae exemplum ex diverbio Aeschyleo afferre non possum, sed similia exempla infra ubi de I. declinatione erat agendum congesi. Proprietatem denique Aeschyleam non comparuisse ex eis quae modo adscripsi facile colligitur, quamvis neutram formam Sophocles sibi concesserit. — De *πρωῆ* vero formae scriptura per simplicem vocalem institutam poetis convenire collegi ex Ag. 654. et Phil. 19. Antig. 589. ch. — *Πρωῆ* vocabulo abstinuit Aeschylus, Sophocles usus est in Ai. 419.

Iam de *ἔς* et *εἰς* formis quaestionem adhuc minime tractatam instituto; dubitatur enim utra tragicis danda sit, libri cum aut misere fluctuent aut fidem habeant nullam. Est autem ubi *ἔς* metri necessitate defendatur, ut in Eum. 56. Prom. 2. 141. 290. 302. 387. Sup. 330, *ἔσω* in Cho. 919. 921: nec minus certum est *εἰς* in Pers. 200. 207. 326. Sept. 232. Prom. 2. 361. 122. 153. 146. 236. 244. 245. 388. 689. 731. 750. 1028. Cho. 299. Eum. 484. Utrique vero formae ubi metri gratia locus dabatur, ibi in libro La. multo saepius *ἔς* quam *εἰς* inveniri ex exemplis quae Menge in libelli p. 58. congescit video. Quare mirum videri potest, quod Dindorfius ubique *εἰς* introduxit in arses primi tertii quinti pedum senariorum — sunt autem VIII id genus exempla —, contra Hermannus libros secutus est. Iam liber La. etiamsi ubi minime ferri potest ante vocales *ἔς* habet, ut in Prom. 2. 302. 387. saepe, tamen ubi *ἔς* et *εἰς* dici poterant ibi saepius *ἔς* ante consonantes, ante vocales *εἰς* comparent. Quin etiam ne titulos quidem semper sibi constare Menge in p. 58. a Böckhlio esse demonstratum monet. Idem vir doctus enumeratis ac perpensis omnibus exemplis hanc regulam constituit: Tragicos ante vocales in dialogis ita semper *εἰς* posuisse ut *ες* usuparent, si per metrum *εἰς* locum invenire non posset; deinde usum ante consonantes a libris observatum minime sumi debere neque recte egisse Dindorfium, cum *ἔς* ubique restitueret, nec magis recte a ceteris tragoediarum editoribus regulam observatum esse nullam, cum tragicos licentiae aut temeritatis nihil admisisse putantur esset. Denique etiamsi raro constitui posset utra scriptura loco unoquoque palmaria esset, tamen etiam libris doceri *εἰς* in senariis et metris simplicioribus, rarius in carminibus lyricis sedem invenisse, *ἔς* in metris magnificentioribus praelatum esse. Denique in vocabulis compositis praecipue senariorum *εἰς* praevalet. — Ceterum Aeschylus Sophocles Euripides *εἰς* et *ἔς* formarum usu non discrepasse videntur. — De *ἔσω* haec addenda sunt: neque Aristophanes neque Plato unquam *ἔσω* dixerunt; quare *ἔσω* tragicis non admissum esse, nisi cum versus cogerent, Elmsleium ad Med. 88. recte iudicavisse arbitror. Itaque *ἔσω* in Ag. 1343. Cho. 553. 919. 921., *εἰσω* in Sept. 560. 557. Ag. 1052. Cho. 849. Sept. 232. Ag. 1035. liber La. tuetur.

De abundantia quadam — ut ita dicam — vocalium postquam vidi, contrariam rem ponderandam mihi sumo: ab adiectivis in *ης* substantiva in *εια* paene innumera profecta sunt, quibus poetae libentissime substituerunt aequalem terminationem *ια* ita ut promiscue ambabus uterentur, in nonnullis terminatio *ια* vel praeponderaret. Euripides exempla habet paucissima numero ut *ὠφελία*, *ἀμαθία*, *ἀνθαθία*, *εὐγενία*, *ἀμελία*. Aeschylus in Sept. 178 *προμηθία* dixit, *ἀνθαθία* in Prom. 1012. 1034. 1037. Item in Arist. Thesm. 711. *ἀνθαθίαν* extat, cum cetera illa vocabula apud comicum non compareant. — Deinde sextus senarii pes in O. R. 549. *ἀνθαθία* formam tuetur. Denique *προμηθία* in Soph. O. C. 332. El. 990. passim

in fabulis Euripidis extat. Iam femininorum terminationem *ια* pro *εια* dictam scholiasta ad Soph. El. 996. recentioris Iadis esse contendit; alioquin praeter poetas raro sermonis pedestris scriptorum ut Platonis erat in usu. Quamquam praeter metri necessitatem iustam ego causam invenio nullam, qua de caussa tragici ita enuntiarint, praesertim cum eidem *προμήθεια*, *αὐθάδεια* formas usurparent. Libros virorum doctorum qui ea de re quaestionem instituerunt accuratiorem Kühner in gr. I. p. 706. enumeravit. Neque vero silentio ego hic praetereo, quod e tragicis unus Sophocles teste quidem Etymologico M. 462, 25 *ἐδύχεια* sibi indulsit; Dindorfianum fragmentum est 882; cf. annotationem a Dindorfio ad Antig. 814. factam. — *Δύσχιμος* vocabuli rationem quamvis multum a praecedentibus abhorreat hic annectere in animo est: legitur *δύσχιμος* in Cho. 186. Sept. 503. metro certum. Aristophanes quidem pro *δύσχιμος* usurpavit *δυσχείμερος*, quod liber La. etiam in Pers. 567. ch. exhibet sed Arnaldus *δύσχιμος* correxit. Porro *δύσχιμος* est in fragm. 335, necnon *δυσχίμων* hodie in Eur. Sup. 962. legitur, cum in libris *δυσχείμων* sit; in Eur. Bacch. 15. *δύσχειμον* Elmsleius in *δύσχιμον* commutavit. *Δύσχιμος* vero forma non tam ob *ι* memoranda est quam quod mere poetici usus erat: sermo vulgaris *δυσχείμερος* habebat vel *δυσχείμων* quod est apud Aristotelem; *ι* vocalis radice *χι*, quae in Graeco *χίων* et Sanscrito *hī-mas* vocabulis comparet, satis defenditur; cf. Curtii Et. p. 190.

Ultra priusquam iam progrediar, quod discrimen inter sermones Aeschyleum et Euripidis intercedat, commemoratione dignum est: ab adiectivis in *ος* cadentibus feminina in *ια* derivabantur neque aliter Aeschylus, unum ut proferam exemplum, in Prom. 899. *παρθενία* dixit. Sed Euripides et is quidem unus — ni fallor — *ἐνκάρπεια* dixit in Troad. 217, tamquam ab *ἐνκαρπής*, cum fere *ἐνκαρπία* ab *ἐνκαρπος* originem duceret, quam formam non admisit metrum anapaesticum; eadem de caussa in fragm. 904 pro *παγκαρπία* enuntiatum est *παγκάρπεια*.

Tandem ut aliam rem animum advertam, solutae formae haud pauca in trimetris Aeschyli obviae mihi fuerunt, quas et sermo Atticus et ipse poeta fere contrahebat. Exempla numero *φάος* in Ag. 300. 302. 311. 508. 658. 1016. Pers. 222. 261. 299. 500. Prom. 23. 1021. Eum. 746. *Ίάονει* in Pers. 178. 565. *τιμάορος* in Ag. 514. 1280. 1324. 1568. *ῥέεθρον* in Pers. 497 inventa; cf. *ἀέκων* ex Sup. 40 cant., *ἀεικίς* ex Prom. 525; 1046. Sed contracta sunt vocabula *αἰκίς* in Prom. 472, *αἰκισμα* Prom. 989, *αἰκίαις* Prom. 600. *τιμωρία* Pers. 473. *ῥεῖθρον* Prom. 790. *θεωρός* Cho. 246. 143. *Ίωνία* Pers. 771. *φῶς* Ag. 292. 522. 1324. *δαός* Sept. 278. *ἄκων* Sup. 227. *ἀργός* Sept. 411. *ἄθλον* Prom. 257. 262. fragm. 309, 2. *ἄθλοισ* fragm. 201, 2. *ἦρος* Prom. 455. *ἦρι* fragm. 306. *ἐλεινός* Prom. 246. — Iam primum ceterorum tragicorum usus videndus est, ut proprietas Aeschylea iudicio perpendi possit. Ac primum *φάος* quidem est ex. c. in Phil. 413. 659. Eur. Hec. 707, nec non apud Aristophanem. Deinde *τιμάορος* vocabuli exempla in tragicis diverbiis invenisse non nemini neque Aristophanis, qui bis *τιμωρήσομαι* habet; sed *τιμωρός* ex. c. in So. El. 14. 811. Eur. Hec. 790. legitur. Tertium *ῥέεθρον* persaepe in fabulis Euripideis extat, qui poeta contractam formam semel admisit in El. 794; cf. Soph. Antig. 712; at tres canticorum versus O. C. 687, Antig. 105. 1124. ad pronuntiandi rationem *ῥέεθρον*. Tum *ἀεικίς* similesque formae apud Soph. passim legebantur ut in El. 1. 2. 216. 206, sed contracta forma ubique restituta est, nisi quod in El. 191. mel. hodieque tribus syllabis legitur; sed *πλεονάζειν ε* existimat Etym. M. p. 22, 8. Item *ἀεικέλιον* in Eur. Andr. 131 in libris extat, sed Gaisfordus *αἰκέλιον* correxit. Porro *αἰκία* est in O. C. 747. El. 487 neque vero unquam ceteri tragici solutas *αἰκία* *αἰκίζω* formas admiserunt; ceterum videndus Ellendt in lex. Soph. s. v. *αἰκῶς*. Ac ne Aeschylus quidem *αἰκίζω* dixit. Denique *αἰκισμα* Aeschyleum vocabulum est. Euripides igitur et

Sophocles hic semper sermonem Atticum secuti esse videntur. Sequitur ut proprietatem Aeschyleam deprehenderim. — Quintum *ἄκων* formam primo ab Aeschulo adhibitam esse puto. Eandem leges in Soph. O. C. 240. mel. 977. O. R. 1230, Eur. Andr. 357.; cf. Lob. Phryn. p. 105. Sed ne *ἀέκων* quidem formam Ionicam Aeschylus sibi non indulsit. Quod vero *ἀργός* nec potius *ἀεργός* dixit, item *δισυλλάβως* enuntiandum in Soph. Phil. 97. O. C. 1601, Eur. Phœn. 766. Neque per se esse putabam cur de hoc Attico tragicorum usu mentionem facerem, sed tamen memorabilis esse videbatur, quod Aeschylus quo iure *ἀέκων* eodem dicere poterat *ἀεργός*. — Vide glossas Hesychieas quas Curtius in Etym. p. 130 imprimendas curavit. Porro de *ἀθλον* et *ἀθλος* formis bisyllabis Aeschulo ut cum diverbiis ceterorum tragicorum ita cum sermone Attico convenit; quae exempla cumulare supersedeo. — Sexti *ἔαρ* vocabuli casus obliquos Attici tum contrahebant tum solutas usurpabant, cf. Kühner I. p. 331. not. 2.; solutas apud Aeschylum non inveni. Euripides utro formarum genere sit usus, ego diiudicare nequeo, cum neutrum exemplis comprobare possim; apud Sophoclem semel *ἦρος* legitur in O. R. 1137. Atque Aristophanes habet in v. v. chor. Nub. 311 *ἦρι* et *ἦρινός* Av. 1099. 683. 715. et *ἦρος* Nub. 1008. Av. 710. 1478. Unde efficitur Aristophanis aetate contractas formas quam solutas magis usu receptas fuisse; at vetustiores fuisse solutas Latino veris nomine satis munitur; cf. Curtii Etym. p. 362. — Denique *ἔλεινός* formam diverbio Aeschyleo sacram fuisse supra demonstravi, atque Aristophanes *ἔλεινός* habet in Ach. 413., nec non *ἔλεινῶς* in Therm. 1072. tribus syllabis protulit, quam mensuram formam Sophocles saepissime exhibet, cf. Schneider. p. 24 et Ellendt. lex. s. v. *ἔλεινός*, ubi virorum doctorum iudicia enumerata percensentur. Iam Porsonus ad Eur. Hec. p. 8. *ἔλεινός* formam vere Atticam defendere studet. Quod recte an iniuria vir doctus contenderit dubitatur, ego crediderim, cum Aristophanem ubique *τρισυλλάβως* enuntiavisse sciam; sed titulorum documentis afferendis me non esse parem piget. Praeterea *ἔλεινός* extat in O. R. 672. et Trach. 528 et in Phil. 870; at viri docti *ἔλεινός* correxerunt; et poterat quidem *ἔλεινός* per synizesin trium syllabarum ad mensuram redigi; in medio igitur res relinquenda. Iam ut quaestio undique expediatur, quae ratio inter duplicia formarum genera intercedat obiter tangetur magis quam enarrabitur. Ac de *ἀέκων ἀεργός* vocabulis supra dictum. — Ad *φάος* comparo Aeolicam *φᾶως* formam, fav-illae nomen Latinum, Prisciani testimonium in vetustissimo tripode legisse se *Δημοφᾶων*; cf. Curtii Etym. p. 279. 549. — De *τιμάροος* compositi altera stirpe *φορ* videnda Curtii Etym. p. 324. et vernacula *war* radix; cf. Wackernagel. gloss. p. 305. — Porro notissimam ad stirpem *όν* mentionem facio de *ῥέος ῥοή* vocabulis ac de guna Indorum; cf. Curtii Etym. p. 329. — Denique ibid. in p. 609 de *ἀεικῆς* adiectivo fuit sermo.

De ratione formarum earum solutarum postquam vidi, similem scribendi vel potius pronuntiandi diversitatem ut affigam, primum *ἐάν* bisyllabum in Aesch. Prom. 326. 379. 770. 1014. Pers. 529. Sept. 242. Sup. 612. metri habet munimentum. Contra una syllaba leguntur *ἦν* in Pers. 708. Sept. 1027, *ἄν* in Eum. 645; *ἦν* ex. c. in Soph. O. C. 505, sescentiens apud Aristophanem; *ἐάν* comico multo rarius dictum quam *ἦν*. Ac Lenting in ann. ad Andr. 43. et 206. factis *ἄν* formam senariis prorsus eximit simileque iudicium ceteri fabularum editores fecerunt; quare hodie fere non legitur, cum praesertim comica exempla praesto sint nulla. Apud Aeschylum scriptura Dindorfio debetur, qui vir doctus libri La. lectionem de sua opinione ita immutavit ut condicionalis evaderet structura, quae ne nexu quidem sententiarum desideratur. — Deinde *δηάλωτος* Aeschylus cum in Sept. 72. dixerit, *δηῖος* obvium fuit in Ag. 559. Apud Euripidem quidem extat *δηάλωτος* in Andr. 105., sed hexam., *δηώσειν* in trim. O. C. 1329. *ἀδῆος* in 1533. Solutam igitur formam unus Aeschylus ladi dedisse videtur. — Tum liber La. in Pers. 471. *ἦιξ'* patrocinator, quae forma soluta a sermone diverbiorum anapaestorumque,

Sophocleo nec non Aeschyleo exulat, cum in melicis *ἀίσσω* locum habeat. Sed Euripideum formae solutae exemplum in senario inventum est *ἀίσσω* in Hec. 31. In versu Aeschyleo Dindorfius *ἦσ'* correxit. Ceterum doctissime de verbi scriptura Ellendt in lexico s. v. exposuit. — Porro numeralium *ἄπλῶς διπλῶς* ceterorum ab uno *ἄπλῶς* verbum *ἀπλοῖζέσθαι* finxerunt Attici; vide ex. c. Xenoph. Memor. IV, 2, 18. Iam cum eidem *ἰζω* suffixum cum vocali antecedente in diphthongum fere contraherent, — cf. Kühner. gramm. I, 137., — in verbo a numerali derivato id non admiserunt. Sed Aeschylus isque unus in Ag. 835. *διπλοῖζει* tribus syllabis protulit; Sophocles verbum non habet qui in Ai. 268. *τό τοι διπλάζον μείζον κακόν* dixit sed significatione passiva. Ceterum *δυσοῖζω* bene se habet in Ag. 1316.; cf. *δύσοιστος* ex Soph. Phil. 507. ch., O. C. 1687. mel.

Iam in solutis contractisque syllabis perspiciendis cum id egerim ut proprietatem Aeschyleam praetermitterem nullam nec, nisi forte me aliqua fugerunt, praetermisisse mihi videar quidquam, *de anaptyxi pleonasmo syncopa vocalium* videbo. Initium disserendi facio ab *στυφελὸς στυφλός* adiectivis derivatisque. Qua de stirpe Aeschyleo cum Sophocle ita convenit ut uterque adiectivum *διουλλάβως* enuntiarit in trimetris: cf. Pers. 303. cum Soph. Antig. 250; sed in Pers. 80. melico princeps artis tragicæ *στυφελὸς* usurpavit neque aliter Sophocles in Antig. 139. et ipso melico *στυφελίζειν* verbo vocalem indidit. Comparo *στυφελιγμός* substantivum ex Av. Eq. 537. ch. — Ceterum *ελο* vetustam suffixi formam constituo derivatorum *ἐπεικελος, ἴκελος, αἰδέλος* (vide Markscheffel. fragm. Hesiod. 130.) ex similitudine; cf. Curtii Etym. p. 606. et Kühner. Gr. I. 708, 5. — Deinde poetae inter se congruunt de *φυσάω φυσιάω* verbis, nisi forte quis in eo haesitat quod Aeschylus composita, simplicia Sophocles adamavit: est enim *ἐκφυσάω* in Prom. 720., *φυσάω* in Ai. 918. aliisque Sophoclis versibus; *ἐκφυσιάω* in Ag. 1389, *φυσιάω* in Antig. 1238. Atqui pedestris sermonis in usu erant *φυσάω ἀναφυσάω*. — Alia est ratio *κριθάω κριθιάω* verborum: Atticos scriptores brevior potissimum forma usos esse vide apud Lobeck. ad Phryn. p. 80. sq. *Κριθιάω* quod est in Ag. 1641. non tam analogiae quam versui adversatur eoque nomine corrigendum. Iam *κριθάω* Aeschyleo proprium foret nisi Pollucis esset hoc (7, 24): *Αισχύλος μὲν γὰρ εἶρηκε σειραφόρον τε καὶ κριθιῶντα πῶλον. Σοφοκλῆς δὲ ἕως ὅτου κριθιώσης ὄνου*. Attamen quam dubitationem Ellendtius in lexico s. v. interposuit haud negligenda: ego in sententia obscurissima non decerno. — Porro Sophocles cum Euripide *ἰκτῆρ ἰκτῆριος* derivatasque formas suas fecerunt, quae exempla non est cur adscribam. Aeschylus qui cum sociis artis *ἰκέτης* eiusque gentem in Sup. 713. Cho. 569. Eum. 92. 474. 577. pronuntiavit, idem *ἰκτῆριος* in Sup. 479. et 192 (sed hoc loco Dindorfiana de correctura) audivit; Sophocli denique *ἰκετῆρες* Dindorfius ex apogr. vindicavit in O. R. 185. ch. hoc: *λυγρῶν πόνων ἰκετῆρες ἐπιστενέχουσιν*. — Porro in Prom. 450. *ἔφρυρον* est comparandum cum *ἐφύρθην* aoristo versus Agam. 732. ch.; futurum *φρυράσειν* legitur in Sept. 48. Iam cum Euripides, quod quidem ego sciam, unum *φύρω* pronuntiarit — cf. Hec. 496. —, Sophocleo ex sermone utraque verbi forma exularet, nisi Meinekius in fragm. 149, 1. Dind. pro *φορεῖτε* scriptura Athenaei *φωρεῖτε* scribi iussisset; sed quin dubitetur nihil obest. In universum de formis verbi ad Lobeck. Phryn. 205., ad Lobeck. Ai. p. 182. significationis de discrimine relego. — Ad postremum de *ἰρός ἱερός* scripturis esto sermo: quarum priorem raram esse apud tragicos monuerunt Fix ad. Eur. Ion. 1317., Nauck in Fleckeiseni annal. 85, 185, nihilo setius a Dindorfio paene omnibus locis quibus per metrum licebat inductam; cf. Ellendt. lex. Soph. s. v. *ἱερός*. Aeschyleum exemplum scripturae bisyllabae, quam quidem La. defendat, mihi praesto est nullum; *ἱερός* legi ex. c. in Sept. 1010. primo pede, 268. ch. In Sup. 248. La. exhibet *ἦερον*, correxerunt Turnebus *ἱεροῦ*, Hermannus *Ἐρμοῦ*, Dindorfius *ἱροῦ*. Apud Sophoclem certo legitur *ἰρός* in O. C. 16.,

cum Nauckius poetam *ιερὸς* formam ubique posuisse censeat. Denique cum tituli Ionici se. IV. utramque scripturam muniant, Attici semper trisyllabam, in difficili re ego diiudicare nequeo. — De *ἐλεινὸς ἐλεινὸς* formis supra dictum; adde quae Dindorfius in edit. V. poetar. scenicor. praefat. p. XI. (ad Prom. v. 246.) disputavit.

Tum *prothesin vocalium*, de qua iam sum acturus, Curtium in Etym. p. 672 sq. generatim percensuisse moneo. — Qua de re perpauca nec nova mihi sunt proferenda, ac primum de *θέλω ἐθέλω* formis. Neque vero nova est doctrina *θέλω* formae tragicos nisi in trimetris locum dedisse nullum, lyricis in partibus utramque esse usurpatam; cf. Lobeck. ad Ai. 24, Ellendt. lex. Soph. p. 195. 315. Exempla Aeschylea, si quis forte desideret, appono Ag. 1322. Sept. 427. Prom. 1029. 783. Sept. 428. Pers. 522. diverbiorum, ubi *θέλω* satis defensum, prodelisionis auctoritate libri La. non munitae si ratio habetur nulla; subiungo Pers. 230, qui versus trochaicus et ipse formam bisyllabam tuetur: at de melicis non propositum disserere. Denique discrimen sermonis Aeschylei ab Sophocle perspectum habeo nullum. — Deinde *ἐκείνος κείνος* pronominum de usu eam valere inveni regulam ut soleat bisyllaba forma eis poni locis quibus productior versui non conveniat sive quod non praecedat vocalis sive quod *κει* syllaba in thesi sit posita sive quod anapaestus sit vitandus; cf. Ellendt. lex. Soph. p. 378, ubi tam accurate quaestio est tractata ut mihi quod addam reliquum sit nihil. Exempla enumerare supervacaneum censeo. Atque ea de lege cum Sophocle Aeschylō plane convenit ne *κεῖ* adverbio usquam locus sit concessus sed soli *ἐκεῖ*, ut in Pers. 319. 619. — Tertii *δύρομαι* verbi nisi praesens tempus inveniri nullum ex Elmsl. ann. ad Eur. Med. 156. facta collegi. Rarum in universum verbum idem vir doctus solum tragicis adiudicavit, abiudicans formam ab o euphónico incohantem; non recte ut vidit Hermannus nisus Eur. Phœn. 1762. hoc: *ἀλλὰ γὰρ τί ταῦτα θρηγῶ καὶ μάτηρ ἐδύρομαι*; item boni libri in Androm. 397 congruunt de verbis *τί ταῦτ' ὀδύρομαι*, ubi iniuria Elmsleius atque Porsonus *ταῦτα δύρομαι* scribi iusserunt. Unus autem Aeschylus breviorē formam in senario Prom. 271. admisit teste La., quod testimonium Dindorfius agnovit.

Vocalium de coniunctione, quā dicit Cicero — nos *elisionem*, non plura habeo quae proferam. Ac primum *ι* terminalis in quod dativi singulares cadunt elisi satsique, quamvis Lobeckius ad Ai. 802. obloquatur, defensi titulo Attico, qui apud Bergk. in poet. lyr. p. 1017. legitur, Aeschyleum exemplum habeo nullum — nisi forte in Pers. 850 pro *ἐμῷ παιδί* quod a metro abhorret Turnebus *παιδ' ἐμῷ* recte scripsit: negat Dindorfius qui bifariam aliter coniecit. — De Sup. 987. magna dubitatio est movenda. Terminalis *ι* elisi Sophoclea exempla repperi duo: unum in Trach. 675. *ἔχριον ἀργῆ(ι) οἷς ἐδέρον πόκω* (La. *πόκωι*), immutatum nec vero emendatum a Dindorfio; alterum in O. C. 1436., quem versum spurium pro eo qui excidisset ab interpolatore illatum esse idem vir doctus nescio quo iure adscripsit. — Deinde *οι* syllabam nisi in *οἶμοι* tragicis non concessum fuisse elidere Schneidewein ad Ai. 191. recte adscripsit idemque Phil. 782. correctura egere perspexit: utrobique *μ'* intelligendum esse *μοι* ex Laurentiana auctoritate videri posset. De Med. 57. videndus Dindorfius. — Denique notum est Aeschylum elisionem in exitu trimetrorum vitasse, admisisse Sophoclem *δ'(έ)* in O. R. 29. 587. 1224. O. C. 17. Antig. 1031. El. 1017., *τ'(ε)* in O. R. 1184., *ταῦτ(α)* in O. R. 332., *μολόντ'(α)* in O. C. 1164., Euripidem *τ'(ε)* in Iph. T. 961., ubi vero de interpolatione cogitatur; cf. Schneidewini. adnot. ad O. C. 17. et O. R. 29. adscriptas et Kühner. gr. I, 183, qui exempla Aristophanis adscripsit. Ceterum *τὰ* articulum ab Euripide in Cycl. 265. elisum Aeschylus ubique integrum servavit.

Tum *prodelisionis* vel elisionis inversae sive mavis aphaereseos exempla Sophoclea quae Schneider in p. 29. enumeravit postquam cum Aeschylō comparavi, dissimilitudinem

detexi nullam: per familiaris est Aeschylo in ἐπι praepositione; alia si quis desiderat exempla, adscripsi numeros versuum Ag. 662. Sept. 15. Cho. 503. Sup. 924. Pers. 188. 445. Cho. 691. 887. Prom. 440. Sept. 607. 714. Sup. 228. 340. 721. Cho. 919. — Sed voculas procliticas ἐς ἐν ἐξ tum demum elidi posse affirmatur, cum vocabulum praecedens sit monosyllabum, cf. Schneider p. 24; eam ad legem Aeschylus in Ag. 662. Sept. 15. aliis supra laudatis versibus ita sese direxit ut neglegeret in Prom. 741. μηδέπω ἔν, sed πω quasi integram vocis quae antecedit partem efficit. Denique in Eur. Iph. Aul. 828. μοι ἔστιν in libris inventum Gaisfordus in μούστιν immutavit eo nomine, ut arbitror, quod apud Aeschylum aut Sophoclem cum ἐμοὶ et σοὶ dativis enclitica non videbantur admittere prodelisionem. Quod in illum quin cadat non dubito, utpote cum mihi exemplum talis elisionis obvium non fuerit; at de Sophocle res in dubitationem vocari potest. Vide enim versus Ai. 1225. Phil. 812; in La. scriptum μοῖστί et ἐμοὶ ἔστι, utrumque ab Hermanno ita correctum ut per crasin mihi quidem satis miram singulae voces ου diphthongo instructae evaserint. Denique libro La. fidem ego habendam censeo.

Iam cum ad *synizesin* facilem transitum paraverim, raro factum est ut syllaba in qua tonus vocabuli esset cum insequentem per *synizesin* iungeretur. Attamen Sophocles in Antig. 95. O. R. 1451. ἔα et in O. C. 1192. ἔασον hunc in modum pronuntiari voluit, si quidem bona rectaque est editoris Londinensis (a. 1722.) correctura recepta ab Dindorfio, de qua dubitationem movit Ellendt in lexico s. v.; cf. Odys. 194 ἀλλοῖδέα, quo de vocabulo ac scriptura videndum lexicon Seileri s. v. Similiter libri in Arist. Thesm. 280. θέασαι habent, quod vero Dindorfus in θᾶσαι formam Doricam immutavit. Aeschyleum id genus exemplum inveni nullum, cum praesertim libri La. πορφυρέα quod est in Pers. 317. bene correctum hodie πορφυρᾶ legatur. Ceterum de contractis in εος aliter foret iudicandum, si *synizesis* locum haberet. — Aliud idque rarius *synizeseos* Aeschyleae exemplum Kühner in Gr. I, 180. αἰφνίδεος [debebat αἰφνίδιος] ex Prom. 680. attulit (ubi Elmsleius ἀφνίδιος scribi iussit) idemque similitudinem Euripideam ἐπιούσαν ex Phoen. 1637., ex O. R. 640. δυοῖν monosyllabum Sophocleum comparavit: neque vero hoc debebat, cum versus ita ferri nequeat; illa de scriptura Dindorfius alii dubitant. — Porro in Cho. 918. liber La. μή· ἀλλ' exhibet, qua de ellipsi cum *synizesi* fere coniuncta exposuit Kühner in Gr. I. p. 181. et 192. n. 3. (ubi Arist. Thesm. 288. comparavit). Dindorfius scripturam crasi debitam μάλλ' praetulit. — Mirum vero quod Kühner in p. 180. ἔασον versus O. C. 1192. probavit, in p. 181. ἔα αὐτὸν scriptum voluit.

Ad *crasin* quod attinet, Aeschylus nihil sumpsisse sibi videtur quin Sophocles Euripidesque idem facerent: quod vero in Sept. 810. super κεισθον litterae ΗΛ superscriptae sunt, qui corrector κηλθον maluit, ea crasis — ut ait Dindorfus — non minus suspecta est quam κηξίωσας, quod ab correctore illatum est versui Eur. Med. 1367. in duobus cod. interpolatis; attamen hoc receptum a Klotzio. — Neque tamen Kühnero (I. 176.) credo σοδρίζει in Cho. 927. crasi ex σοι ὀρίζει effectum bene se habere: in libro La. initio τόνδε πορίζει legebatur, postea a correctore utcunque correctum.

Tum *apocopa* quae in ἀνὰ παρὰ κατὰ praepositiones cadit exemplorum numeros adscribo: (ἀνὰ) Ag. 1599. Pers. 359. 807. Prom. 457. 707. 791. 871. Pers. 848. Cho. 280. 282. 841. Eum. 243. (παρὰ) Eum. 768. (κατὰ) Ag. 1304. 1364. 1610. Pers. 275. Cho. 144: propria Aeschylo *apocopa* nusquam obvia fuit; nisi forte quis in eo positam iudicat quod Aeschylus παρὰ praepositionis ultimam in verbo composito παρβαίνονσι detraxit, Sophocles praepositionis ante substantivum collocatae evanidam esse voluit, cf. Trach. 636. ch. Μηλίδα παρ λίμαν.

Denique *tmeseos* rarum exemplum vel potius Homericum de more liberius dictum inveni μῶν καὶ θεός περ ἑμέρω πεπληγμένος in Ag. 1162.

Absoluta iam ut videtur quaestione de elementorum doctrina instituta paucissimas res easque singulas in animo est subiungere, utpote quibus supra locus concessus fuerit nullus. Primum unus Aeschylus *φράστωρ* pro *φρασσῆρ* dixit; Euripides magistrum a quo *ποινήτωρ* *εὐνήτωρ* mutuatus est in illo vocabulo secutus non est; cf. Schirlitz. p. 23. Rursum Sophocleae sunt formae *οἰκητήρ* semel dicta in O. C. 627. et *οἰκήτωρ* quinquies, qui numeri in Ellendt. lex. s. v. inveniuntur; contra Aeschylus posteriore forma erat contentus, cf. Sup. 952. Prom. 351. — Deinde *ξυνός* rarum hoc apud tragicos vocabulum in Sept. 76. Sup. 367. senariis legitur, cum apud Sophoclem forma Ionica in Ai. 180. ch. extet, abstinerit hoc Ionismo Euripides. Denique de mensura verbi *χοῖω* ad quaestionem infra institutam relego. — De litteris syllabisque quae proferrem habui haec; iam de flexione videbitur.

Ac **primae nominum declinationis** quam ferunt de *α* et *η* quae sunt stirpium in exitibus supra ita disputatum est, ut quae addantur remanserint pauca. In Prom. 201. leguntur haec: *οἱ μὲν θέλοντες ἐκβαλεῖν ἔδρας Κρόνον*, ubi vero Hermannus Dindorfius contra libri La. auctoritatem *ἔδρας* correxere: bene ut videtur, cum neque tragici neque comicus tale quicquam habeant; cf. ex O. C. 36. La. *ἔδρας*, ex Thesm. 79. (omn. libr.) *ἔδρα*. Idem iudicandum de *αἰλίην* pro *αἰλίαν* dicto in Prom. 226.

Deinde *α* et *η* terminalia stirpis *πρύμνα*-Phrynichus sermoni tragico vindicare studet; apud Aeschylum in Sup. 344 *πρύμναν* legitur, *πρύμνη* in Sept. 2.; in Phil. 482. 1451. auctoritas libri La. *πρύμναν* defendit, sed in priore versu Dindorfius *η* correxit nec non in Vesp. 400. contra libros. Euripidis, qui vocabulo saepe usus est, libri fluctuant; Lobeckius *πρύμναν* analogiae commodius iudicavit, cum Ellendt. s. v. omni studio illud *η* tutetur, contendens scripturam quae fiat per *α* poetas infuscavisse, *πρύμνην* veteri Atticismo fuisse proprium. Recte hic quidem, ut arbitrator; cf. G. Hermann. adnot. ad Eur. Phoen. 482. factam. Quamquam proprietates Aeschyleae neutiquam emergit. — Ceterum de *θοῖνα θοῖνη* formis simile iudicium licebit; est *θοῖνη* in fragm. Aesch. 184, 7.; nominativum aut accusativum, quo compluriens Euripides usus est, apud eum invenisse non memini. — In eo autem Dindorfium erravisse iudico, quod in Prom. 16. *τόλμαν* scripturam per *α* effectam retinuit, Laurentianam auctoritatem in eo secutus; cf. ex. c. Eur. Hel. 1123. Ego, quamvis ex libris *τόλμη* formam fere evanuisse Lobeckius ad Phryn. p. 331. docuerit, tamen Ellendtium sequor, qui videndus s. v., censentem apud tragicos et veteres Atticos universe restituendum ubique *τόλμη*, aequae ac *πρύμνη*. — Ceterum de utroque vocabulo cum ceteris convenit Aeschylo.

Tum singulorum declinationis casuum si contemplationem habemus, in singulari numero omnia recte se habent nec non in plurali, nisi quod de *dativo* pauca addere in animo est. Auctoritate Laurentiana in fabulis Aeschyleis munita sunt *ησι* terminationis exempla quattuor: *ναύησι* in Prom. 727., *ἀλλήλησι* in Pers. 189., *πύλησι* in Cho. 569., *Σκύθησι* in Eum. 673. Ellendtius ex comparatis in lex. Soph. II. praef. II. p. V. sq. exemplis tragicorum iudicat adeo tenuis fidei esse *ησι*, ut iam omnino ab tragicorum carminibus exulare debere videatur.

Cui iudicio Bergkii in praef. edit. Soph. fabul. p. V. ita adversatur ut poetae Attici utramque formam et *αισι* et *ησι* adhibuisse ei videantur, sed non promiscue: verum ubi littera vocalis vel *ρ* antecedit *αισι*, contra *ησι* praecedente littera consonante dixisse: quod iudicium titulis et similitudine localium Atticorum in *ησι αισι* fulcit. Sed utut res se habet, discrepantia sermonis Aeschylei ab Sophocle nec mihi nec si quid video grammaticis doctis comparuit.

Iam substantiva contracta priusquam in disquisitionem veniant, in animo est duas res attingere magis quam explicare, quae ad *masculina primae declinationis* pertinent: ac primum quidem Aristophanis versus Eq. 164. est: *τούτων ἀπάντων αὐτὸς ἀρχέλας ἔσει*, ad quem Kockius *ἀρχέλαος* vocabulum vel rarius esse quam *ταγὸς* adnotavit, praesertim cum Doriensium more pronuntiatum esset; est autem is versus trimeter. Prorsus similiter accipiendus est *Μενέλαν* accusativus, qui est in Rhesi 257; cf. genetivum *Μενέλα* ex Androm. 487. At duo proximi versus lyrici sunt. Atque comicus *Μενέλαος* nomen proprium semper secundum leges Atthidis in casu declinavit — extat autem quinquiens apud eum — adeo ut unus Doricam illam formam in diverbio adamasse videatur: equidem similitudinem aut Aeschyleam aut alius tragici adscribere possum nullam. Nec non vocabulum e scenicis unus, ni fallor comicus admisit, cum in Aesch. Pers. 297. *ἀρχελάων* pro *ἀρχελείων*, quod est in libro Laur. quodque ad h. v. G. Hermannus exponendo bene defendit, e glossa libri ms. Robertelli doctrina demum eruerit. — Deinde quod Sophocli in fragmento quod est Dindorfianum 342. *Αινέας* pro *Αινείας* placuit, id hoc iniquo loco commemorare mihi sumo, cum Aeschylus non admisit.

Tum genetivi in *α* cadentes hic illic leguntur, ut *πανουργέτα* in Ag. 1454., *στρατηλάτα* in Androm. 479; *ὄρεσιβάτα* in Ant. 350, *Αἶδα* ibid. 361. Trach. 120., *βορέα* (uno *ρ* scriptus) in Trach. 714., cf. Kühner gramm. I. p. 302, 7; sed nostrum non est id genus de formis videre, quippe quibus in diverbiis sedes non data sit; nec magis genetivis pluralis qui *ων* syllaba terminantur.

De *substantivis contractis* primae declinationis perpauca commemoratione digna sunt. — Ac primum quidem *γη* et *Ἐρμῆς* vocabula in casu declinata ab usu Attico omnino nunquam abhorreere videntur; sed genetivus et accusativus nominis proprii legenti non erant obvii. Plura nominum contractorum exempla Aeschylea non inveni. Sed de *γαῖα* forma epica pauca non iniuria hic subiungere mihi videor, quamvis non ita arto vinculo coniuncta cum *γη* forma, quam ex *γέα* in unum syllabam confluisse ex. c. ex Ionica *γέων* forma colligitur, quae est in Herodoti IV, 198; cf. Curtii Etym. p. 167. — Bisyllabarum formarum Aeschylea exempla sunt:

nom. *γαῖα* ex Pers. 223. mel., Eum. 755. 905. repetitus,

acc. *γαῖαν* ex Pers. 187. Cho. 127. Eum. 2. 11.,

voc. *γαῖα* ex Cho. 489.

Item bisyllabae formae apud Aristophanem erant obviae in Av. 1064. Nub. 289. utroque melico, in Ran. 1529. heroico, cum in diverbiis respuerit. Euripidem utrumque formarum genus et contractas et heroicas agnovisse ex. c. ex Andr. 1. 21. 167; Med. 32. colligo, nec non Sophocli cum sociis artis tragicis convenire documento sunt: O. C. 1292. 1296. 1303. 1307; Phil. 144, cf. lex. Ellendt. s. v. *γαῖα*. Ex quibus facile intellegitur melicorum et diverbiorum in usu formae utriusque nullum esse discrimen. Ceterum ne Aeschylus quidem *γαῖα* de Tellure dea dixit. — Tertii *αἶα* vocabuli de usu etiam diverbio concessi Aeschylo cum Euripide convenit; cf. Eum. 58. cum Med. 2. Androm. 50; sed apud Sophoclem nisi in melicis non legitur.

Denique de *duali numero* infra in iniversum me esse visurum hic commemoro.

Deinde disputationis **de altera quae fertur declinatione** instituendae initium facio a *genetivo singularis*, qui quidem in *οιο* cadit. Quam terminationem veteres falso Thessaliam dixere, cum qui in titulis Thessalicis extent genetivi semper *οι* diphthongo claudantur: nos rem missam facimus, utpote cum istae formae in diverbiis nusquam compareant aut Aeschyli aut alius tragici, comicus omnino abstinerit. — Deinde *vocativum singularis* eo nomine attingo, quod in Soph. El. 1346. 1484. libri auctoritas formae *ἀδελφῆ* ultimae tonum vindicat; Aeschylea similitudo non suppetit. — Tum *de dativorum terminationibus* crebriore *οις*, *οισι* rariore ad ea relego, quae vir doctissimus Wecklein in cur. epig. p. 5. sq. disputavit, cum praesertim tragici ad eandem omnes legem sese adstrinxerint. — Tum flexionem *nominum contractorum* et substantivorum et adiectivorum Aeschyleam exemplis illustrare in animo est; inveni:

S. n. *εὔνοος* in Pers. 226. *ἀπλοῦς* Cho. 553. *θηλένοος* Prom. 1003. *πλατύροος* Prom. 853. — *διπλῆ* Sup. 1009.

g. *διπλῆς* Ag. 325.

d. *ἀπλῶ* Prom. 46. 975. — *διπλῆ* Ag. 642.

a. *ροῦν* Prom. 392. Sept. 622. *ἐκπρουν* Pers. 387. *κουφόρουν* Prom. 383. *πύρπρουν* Prom. 917. *διπλοῦν* Sup. 619. Prom. 720. — *διπλῆν* Cho. 931. 973.

P. d. *χρυσοῖς* Sept. 434.

a. *ἐκπλοος* Pers. 367. *ἐννοος* Prom. 444. — *διπλᾶς* Prom. 950. — *διπλᾶ* Ag. 537.

Quae exempla Aeschylum secundum leges dialecti Atticae contraxisse apparet. — Rursum formae, quae contractionem non admiserunt, extant:

S. n. *πύρπρως* in Sept. 493. *δορυσσόος* Sup. 182.

g. *χαλκῆον* Cho. 686.

d. *πυρπρόω* Prom. 371. — *πορφυρέα* Pers. 317.

a. *νόον* Cho. 742. *ρόον* Pers. 746. *διάπλοον* Pers. 382. *δορυσσόον* Sup. 182.

P. a. *δορυσσόοις* Sup. 985.

Quas formas si quis accurate cum ceteris tragicis comparaverit, Aeschyleam proprietatem non deprehendet — cf. Kühner. gram. I. p. 314, adde *πυρπρόων* ex Eur. Med. 478 — nisi quod noster poeta *δορυσσόος* vocabulum mere poetici usus non *τρισυλλάβως* adhibuit, contraxit Sophocles in O. C. 1313, qui *νόος* formae in diverbiis locum non dedit, sed semel in melic. Phil. 1209. et qui *πλοῦς* semper contraxit. — Comicis autem diverbiis diaereses, ut obsoleto nomine utar, non agnoscere notum: extant *νόον* in Pac. 1064. heroico, *δστέων* in Acham. 1226. tetrametro iambico, *χρυσέα* in Thesm. 327. mel., *χρυσέων* in Thesm. 108. et ipso mel.

De contractis postquam vidi, *Attica declinatio* quae fertur locum ita habeto, ut primum exempla quae sunt in diverbiis Aeschyleis enumerem; extant S. n. *ἔως* in Ag. 265. (cf. *ἐφῶς* ex Prom. 25.), *τυφῶς* in Prom. 370. *), *λεῶς* in Ag. 825. Pers. 789. Sup. 400. 485. 621. Eum. 15. saepe (cf. *λεωργός* ex Prom. 5.), *πλέως* in Prom. 42. 953. — g. *λαγῶ* in Eum. 26., *τυφῶ* in Ag. 656., *Αμφιάρειω* in Sept. 565. — a. *λεῶν* in Eum. 290. Pers. 383., *Μενέλεων*

*) Non sum nescius *Τυφῶνα* accusativum esse in Sup. 511., sed de metaplasmato alibi erit sermo.

in Ag. 617. — Pl. n. *πλέα* in Pers. 603. — a. *νεὼς* in Pers. 810. Genetivus *Τυφῶ* praeterea in Sup. 558. Sept. 517. legitur, sed utroque versu ex cantico deprompto. Ceterum eodem genetivo Aristophanes usus est in Nub. 336, dativo in Lys. 974., et Sophocles *τυφῶς* nominativo in Ant. 418., nec non genetivum *τυφῶ* Sophocleum fuisse Hesychius contendit. — Facile vero colligitur Aeschylum eorum quos adscripsi versuum in formis ad regulam Atthidis sese direxisse; quos praetermisi casus eos exemplis probare non potui. — Illico eas subdo formas, quibus Aeschylus a regula discessit: leguntur *λαὸς* in Pers. 729. 593. Cho. 365. Sup. 367., *λαοὺς* in Sup. 517. (cf. *λαοπαθέα* ex Pers. 945. et *νεολαία* ex Pers. 760.); *πρόναος* in Sup. 494. *προναΐα* in Eum. 21. — Tum *πλέως* adiectivo triplicem pro tribus generibus terminationem ab Aeschylō datam esse *πλέα* forma feminina, quam in Prom. 696. inveni, aperte docet. Sed idem Euripides ut in Med. 263. et Sophocles in El. 607. 1405. et Aristophanes ut in Ach. 545. Eq. 281. 1174. Pac. 666. fecerunt; item *πλέα* in Xenoph. Cyrop. I, 3., 5. extat. — Nec magis proprietatem Aeschyleam constituere licet quod *πλέα* forma pluralis in Pers. 603. legitur: vide Soph. Ai. 745. Phil. 39., Xenoph. Cyrop. VII, 4., 6. VII, 2., 7. et 8.; Aristophaneum autem exemplum nullum extat. — Ceterum tragico de usu *λεὼς* *λαὸς* vocabulorum cum Atthide comparato nec non de *λαγοὶ* forma Sophocli ab Athenaeo (IX, 400., b. et c.) vindicata ad Ellendtī lex. Soph. et ad Kühner. gram. I p. 385. relego. — Tum quod commemoretur dignum est Aeschylum in Ag. 1127. ch. dativum *μελαγκέρω* et in Prom. 588. ch. *βούκερω* genetivum admisisse; inveniuntur quidem similes formae apud ceteros tragicos, sed omnes accusativi, nominativi sunt qui quidem in diverbiis deprehenduntur; neque vero Aeschylus maiore dicendi licentia usus est ceteros casus ad regulam alterius declinationis accommadando, cum isti versus chorici sint. Cf. Kühner. gram. I. p. 417.

Iam in animo est paucis exponere quae ratio inter duplices formas *λαὸς* *λεὼς* similes intercedat: quodsi cum eis substantivi *ναῦς* genetivi *ναὸς* *νεὼς* erunt comparati — cuius vocabuli stirpem *nav* sive *naū* esse satis constat, — forsitan iure vocabuli *νεὼς* sive *ναὸς* stirps constituatur *nav*, *naFo*, praesertim cum *ναῦος* nominativus titulis Aeolicis probetur; cf. Curtii Etym. p. 294. Item *λαὸς* vocabuli stirps *laFo* forma *λαναγήτα*, quae est in C. J. Gr. I, 1466. confirmatur; cf. Curtii Etym. p. 338. — De *πλέως* adiectivi stirpe cf. Curtii Etym. p. 260. Itaque meo iure contendere mihi videor *αὼ* syllabas quam *εὼ* ubique usus vetustioris fuisse, aequae ac trochaeus augmenti iambo interdum vetustior est: vide imperfectum *ἑώρταζον* quod ex *ἡώρταζον* forma factum est. Confer etiam *ξως* atque *τέως*, quas particulas in carminibus Homericis interdum *εἶος* et *τεῖος* enuntiandas esse Curtius in mus. Rhen. IX, p. 242. sq. demonstravit.

Dehinc **de tertia declinatione** disseratur cum necesse sit, is esto ordo disputationis, ut primum de stirpibus, quarum clausula erat consonans, agatur; deinde de vocabulis, quorum stirpes vere vocales erant; tum de eis, quae consonanti eiecta demum vocales stirpes receperunt. — Ac de primo quidem genere pauca dicenda sunt: in Ag. 322. *ἄλειφα* legitur, qui accusativus pluralis ad nominativum *ἄλειφαρ* pertinet. Rarior vero et vetustior forma est,

quam epici Alexandrini ut Callimachus*) renouarunt ad imitationem antiquorum poetarum. Iam fuere, qui *ἄλειφα* formam (quae etiam in Theog. Hesiod. 533. legitur) pro *ἀλείφεται* dictam iudicarent; sed non persuaserunt, cum *τ* consonantem omnino nusquam inter duas vocales intercisisse mihi constet. G. Hermannus quidem formam ait poeticam esse existimandam sed nihil eo iudicio me proficere video. Ceterum de metaplasmo, qui etiam hac in forma inest, infra erit sermo. — Qua Aeschylei proprietate monstrata ad alterum stirpium genus tractandum transeo. Ac primum ut *de stirpibus dicam quae in ι vocalem desinunt*, exempla in diuersis Aeschyleis inveni haec:

- S. g. *πόλεως* in Ag. 1412. 1586. Pers. 808. Sept. 2. 57. *cet*; *ἀφιξεως* in Sup. 483.
 d. *πόλει* in Sept. 9. 29. 632.
 a. *πόλιν* in Ag. 1065. 1278. 1288. Sept. 6. 427; *κόνιν* in Sup. 180; *Μέμφιν* in Sup. 311; *Κύπριν* in Prom. 650. (cf. Sept. 406.); *μάντιν* in Sept. 382. 569; *Ἔριν* in Sept. 502. 429. *εἶνιν* in Cho. 245. 783, sed *εὔνιδας* in Pers. 281.
 P. n. *ὄψεις* in Sept. 711. 466. Prom. 645; *παραθύσεις* in Sup. 715.
 g. *ὄφρων* in Sept. 495.
 a. *πόλεις* in Pers. 489; *δύσεις* in Prom. 458. 460. 653.

Quae formae cum ad unam omnes Attica ex consuetudine dicendi fictae sint, sunt tamen quae ab eo usu abhorreant ut *δήριος* in Ag. 942. et *πόλεος* in Sept. 218. Sup. 344; plura exempla non repperi. Jam cum eadem *πόλεος* forma in Soph. Ant. 162 et in Arist. Pluti 1044 *ὑβρεος* extant, Aeschyleo terminationem *εος* propriam non fuisse facile emergit. Ceterum nisi metri necessitate coacti poetae Attici ad eam licentiam non sunt delapsi. — Alterius vero genitivi *δήριος* similitudines sunt *Ἴριος* in Xen. Anab. VI, 2, 1. et *τύρσιος* ibid. VII, 8, 12. (contra *τύρσειν* in Cyr. VII, 5, 10. *τύρσεις* in Anab. IV, 4, 2.) et *πόλιας* in Eur. Andr. 484. mel. Ceterum Suidas etiam *δήρεως* pronuntiatum esse contendit, qua de caussa vocabulum in disquisitionem vocavi.

De stirpibus *ι* vocali terminatis postquam vidi, disputatio ad nomina transit quorum *stirpes ita in ι cadunt, ut dentalis subiuncta sit*. Exempla Aeschylea sunt:

- S. n. *ἀσπίς* ex. c. in Sept. 465.
 g. *Ἀρτέμιδος* in Sept. 450. 466. *Θέμιδος* in Prom. 18. *ἀσπίδος* in Sept. 489. 478. 400. 385, *ὄρνιθος* in Sept. 597. cf. *Θηροῦδος* ex Sept. 1026.
 d. *ἀσπίδι* in Sept. 492.
 a. *ἀσπίδα* in Sept. 590. *Ἀσπίδα* in Pers. 486, cf. 488.
 P. n. *νήστιδες* in Ag. 186. 1604.
 g. *παρήιδων* in Sept. 534.
 d. *Ὁμολοῶσι* in Sept. 570.
 a. *κνημίδας* in Sept. 676. *ὄρνιθας* in Eum. 770. 866.

E contrario inveni: *χάριν* in Ag. 821. 1387. Prom. 635., *ὄρνιν* in Sup. 212. *Θέμιν* in Eum. 2. Ag. 1431., *κλήδας* in Eum. 827., quocum accusativo conferri potest *κλήδος* genitivus, qui in Trach. 1035. ch. esse videtur; (La. quidem *κλήιδος* habet sine accentu, quod utrum *κλήδος* an *κλειδός* sit diiudicari nequit, cf. Ellendt. lex. s. v. et additor nostrorum n. 1.) Porro *Θέμιν* in Soph. Trach. 810., *χάριν* in Eur. Androm. 19. 220. 553. 1080. saepe leguntur. Tum *ὄρνιν* accusativum, si diuersiorum et anticorum exempla computantur, Aristophanis fabulae deciens sexiens praebent, *ὄρνιθα* omnino bis. Sequitur ut comici aetate brevior forma praevaluerit. — Denique forma Aeschyleo sermone propria detecta est nulla.

*) E poetis Alexandrinis Lycophron ut constat in excerpta Aeschylei elocutione primus fuit, post hunc cynegeticorum auctor et Callimachus et Apollonius et Nonnius et orthologiarum poeta.

Deinde de stirpibus quae in *v* vocalem excidunt ut ex ordine agam, inveni:

S. g. Ἐρινύος in Sept. 574. οἰζύος in Eum. 893.

P. g. Ἐρινύων in Cho. 283. ἰχθυόνων in Ag. 1382. Pers. 424.

Quibus exemplis perpensis efficitur usu Attico easdem formas tritissimas fuisse: verbis nihil possum ultra. — Circumspectis igitur nominibus quae radice vocalem *v* nullibi obliterant, ad ea commentatio transeat necesse est, quae ita stirpis vocalem *v* exhibent ut in declinatione *ε* vocalis indita sit. Adscribo exempla:

S. g. ἄστειος ex Sup. 495.

d. βραχεῖ ex Pers. 713. 505.

a. βαθύν ex Prom. 652. Sup. 415. βαρύν ex Eum. 730. στάχων ex Sup. 761.

v. πρέσβυ ex Sup. 602.

P. a. τραχεῖς ex Prom. 311.

v. πρέσβεις ex Pers. 840;

casus neutrales λιγέα ex Pers. 332. βαρέα ex Sup. 341. Sept. 810.

Quo in numero nullam esse formam quin consuetudini Atticae non repugnet, nemini non probatum est: unus ἄστειος genitivus de placito eximendus. Attamen est ubi *ω*s terminatio pro *ος* legitur, ut in Eur. El. 246. Phoen. 842. et uno in carminis lyriici Arist. Eccl. versu 300. Quin Thucydideae historiae libri semel in VIII, 92. eum genitivum *ω*s syllaba terminatum exhibent, sed editores hodie correxere. — Tertii generis stirpium quorum in exitibus *v* inest sed addita dentali, unicum exemplum, si quid ego video, πάλμυδος est, qua forma Aeschylus usus esse dicitur a Chorobosco, cf. Bergk. poet. lyr. p. 756. Sed Brink suspicatur ibi Hipponactis nomen restituendum esse.

Absoluta quaestione, qua quae stirpes in vocalem exeunt tractandae erant, ad nomina masculina *ev* diphthongo terminata me converto contemplanda. Id genus formae hae sunt:

S. g. βασιλέος in Ag. 1346. Pers. 234 alibi, Θησέος in Eum. 402. Φινέος in Eum. 51. Τυδέος in Sept. 571.

d. Τυδεῖ in Sept. 407.

a. Προμηθεά in Prom. 85. 612.

v. Προμηθεῦ in Prom. 614.

D. g. βασιλέων in Sept. 820.

P. g. Φωκέων in Pers. 485. Cho. 674. βασιλέων in Sup. 297.

In Sept. 804. sitne βασιλέες forma restituenda dubium est, qui nominativus in libro La. quidem non legitur, imo βασιλέως, sed in deterioribus libris; scholia La. tacent, Dindorfius βασιλέες, βασιλέων Hermannus scripserunt. In Pers. 44. anap. quidem βασιλῆς et in Ag. 230 ch. βραβῆς extant, quam *ης* terminationem vetustioris Atthidis fuisse notum; cf. Kühner gr. I, 350, 6, ubi plura exempla enumerata sunt. Sed τοκέες forma, quae cantica decebat et in Pers. 63. 580. obvia facta est, Ionicam originam prae se fert: quam ego non cum Dindorfio diverbio Aeschyleo tributam velim, praesertim quae ab usu et ceterorum tragicorum Aristophaneoque remota sit et cum usque ad Ol. fere 100. tituli *ης* constanter exhibeant, cf. Wecklein. cur. ep. p. 20. Accedit quod Hermannus versum illum Sept. 804. nominativo servato non bene intellegi aperte demonstravit. — Iam accusativi sing. ultimam Aeschylus produxit, ut par erat; sed Euripides corripuit in Hec. 882 hoc: ξὺν ταῖσδε τὸν ἐμὸν φονέα τιμωρήσομαι; cf. El. 599. 763. Item Euripidi ex tragicis uni proprium est quod accusativus singularis in *ῆ* excidit: exempla sunt ἰεοῆ in Alc. 25, Ἀχιλῆ in El. 439. Comparo Ὀδυσσῆ ex Rhes. 708, ξυγγραφεῆ ex Ar. Ach. 1150. — Quarum proprietatum in dicendi consuetudines Sophocleam nulla, nulla in Aeschyleam cadit.

Iam ad flexum *ceterarum stirpium diphthongo terminatarum* explicandum pergere liceat: ac primum de *ραῦς* deinde de *βοῦς* tum de *γραῦς* erit sermo. — Ex quibus vocabulum primo loco nominatum quomodo in diverbiis Aeschyleis in casus declinatum sit, documenta sunt formae:

S. g. *ραός* in Ag. 897. Pers. 313. Sept. 62. — *ρεός* in Pers. 305. Sept. 210. Sup. 715. 717. Eum. 251. Pers. 380. 410.

d. *ρηῖ* in Pers. 408.

a. *ραῦν* in Pers. 379. Ag. 661.

P. n. *ρηῆς* in Pers. 417. Sup. 734.

g. *ραῶν* in Ag. 1227. Pers. 323. 334. 352. 366. 722. Eum. 637. Pers. 413. 419. 450. — *ραῶν* in Pers. 340. 359. 383. 455. 457. 478. 480. Sept. 279. Sup. 767.

d. *ραοί* in Pers. 338. 350. 370. 448.

a. *ραῖς* in Ag. 654; — cf. adiectiva *ραυτικὸς* ex Ag. 660. Sup. 772. et *ραῖος* ex Pers. 279. 336. Sup. 719. — De formis vocali *α* longa Doriensium de more excusis ad. Eur. Med. 523. Soph. Ai. 872. relego, ubi *ραὸς* extat. *Νηὸς* vero formam, quam deterioris notae libri in Sept. 63. et in Eur. Med. 523. agnoscunt, Porsonus iure in *ραὸς* immutando correxit. Neque magis Aeschylus aut ceteri tragici *ραῖ* dativum admiserunt nisi in canticis, cf. ex. c. Sup. 814. 840. Idem de *ραῖς* nominativo dicendum est, de *ρηῆς* accusativo idem: prior forma extat in Pers. 552. 666. alibi, hanc in Sup. 725. legi. — Ubique igitur Aeschylo cum sociis artis convenit; sed neque Aristophanis neque pedestris sermonis scriptorum in usu istae formae fuere.

Deinde de *βοῦς* vocabulo absolvetur, sed paucis, quippe cuius declinationis non omnes casus ex sermone Aeschyli demonstrari possint. Legi

S. n. *βοῦς* in Ag. 36; g. *βοῶς* in Sup. 275. 313. Ag. 1298. Pers. 611; d. *βοῖ* in Sup. 300. 303. 306; a. *βοῦν* in Sup. 299. — En formas quas legendo deprehendi. De eis quod in medium proferam, nihil habeo: communem enim legem poeta secutus est, nisi quod grammatici veteres genetivum *βοῦ* Aeschylum Sophoclemque sibi indulsisse contendunt; nos non invenimus.

Tum *γραῦς* vocabuli unum accusativum pl. *γραῦς* in Eum. 38. legi. Idem ex. c. in Androm. 601. extat, idem hominum Atticorum in oribus erat.

Restat ut unum stirpium genus circumspiciam: *feminina* dico quorum nominativi singulares in *ω* vocalem exitum habent. Priusquam autem Aeschyleorum id genus nominum usum explicem, paucis absolvendum est quo iure haec substantiva inter vocales stirpes referam. Et dubia erat res, dum Ahrens in Kuhn. zeitschr. III, 81. sq. nasali illas stirpes terminari minime posse demonstravit. Iam vero viri docti novam inter se controversiam habent, stirpes in *οι* an in *οφι* excidant: diphthongum Ahrens defendit, quem Kühner secutus est; vocalem G. Curtius in Erl. p. 50. tueri studet. Neque vero mei iudicii aut mearum virium est discernere utra pars iustiore habeat caussam: contentus ego sum quod consonantem terminalem a stirpibus utique abiudicandum esse hodie nemo fere negat. — Iam ut usus Aeschyleus perspicatur, exempla sunt:

n. *πειθὼ* in Sup. 523. *ἦχὼ* in Pers. 391.

g. *πειθοῦς* in Eum. 885. *μελλοῦς* in Ag. 1356.

d. *εὔεστοι* in Ag. 647. 929.

a. *Ἰὼ* in Sup. 292. *πειθὼ* in Sept. 370. *ἔλω* in Sept. 489. *Ἐρνὼ* in Sept. 45. *Πυθὼ* in Pers. 658.

v. *Ἰοῖ* in Prom. 635. 788. 815.

Quae formae tantum abest ut Attico a sermone alienae sint ut ad unam omnes cum eo congruant. — Ceterum de αἰδώς et ἤως vocabulis alio loco disseretur.

Absoluta quaestione qua stirpes vocales tractabantur in eo est ut stirpes videamus, quae quavis consonanti clauderentur tamen contractionem admiserunt. — Ac primum quidem de σ terminali videbo. Initum vero disquisitionis a neutris sit, quorum nominativi in ας exeunt quaeque in casibus obliquis hic illic contraxerunt; ceterum etiam stirpium clausulam ασ fuisse nota est res. Cuius flexionis exempla ex diverbio Aeschyleo collegi:

S. a. τέρας ex Cho. 548., γέρας ex Ag. 917. βρέτας ex Eum. 409.

P. g. κρεῶν ex Ag. 1210. 1242. 1562.

a. γέρα ex Prom. 82. 229. 439. 107.; βρέτη ex Prom. 809. (cf. Sept. 95.); βρέτεια ex Sup. 463.; σέβη ex Sup. 755.

Iam γέρα accusativi pl. ultima quam mensuram in diverbio Aeschyleo habeat diiudicari nequit, cum vocabulum ubique terminalem senarii pedem compleat; Aristophanes et Euripides interdum corripuerunt, cf. Kühner. gr. I. p. 336, 2. — Deinde σέβη pluralis inter proprietates sermonis Aeschyli referri debet, cum Aristophanes qui semel vocabulum adhibuit in Nub. 301. et Sophocles Euripidesque tantummodo σέβας formam singularis numeri admiserint. — Tum βρέτεια et βρέτη formae — quibuscum ex versibus canticorum Sept. 96. Sup. 430. βρετέων et κρέφους ex Ar. Ecc. 291. ch. genetivi comparari possunt — Ionicam originem prae se ferunt: ubique α, quod est ante σ quodque in βρέτας forma servatum videmus, Ionum de more attenuatum est ita ut ε evaderet. Aristophanes unam βρέτας formam adhibuit neque aliam Euripides ut in Androm. 310., Phoen. 1259., Sophocles vocabulo abstinuit. Proprietatum igitur Aeschylearum in numero illae formae habendae sunt, nisi quod in Ar. Ecc. 291. ch. κρέφους legitur; at Xenophon κρέφαι compluriens dixit, unde tu sermone Attico α fere servatum esse iure colliges. — Denique de γέρα forma nihil addendum esse censeo; legitur vero ex. c. in Soph. El. 443. et in Eur. Phoen. 874.

Deinde stirpium quae in εσ exitum habent bipertita divisio est: prius genus est masculinorum et femininorum, quorum primi casus sg. in ης cadunt; huc etiam neutra adiectivorum quae nominativo casu ες syllaba terminantur referre licet. Ea flexura Attica satis quidem nota est, sed tamen in tragico sermone paucas quasdam res memorabiles inveni. Exempla usus Aeschylei adscribo haec:

S. g. εὐγενοῖς ex Prom. 455. Ag. 1259. προεμμενοῖς ex Sup. 207. Πλεισθένους ex Ag. 1588. Πολυνείκους ex Sept. 577. 620. 641; — Ἄρεως ex Sept. 64. — Ἄρεος ex Sept. 115. (cf. ἀρείος ex Sept. 121.)

d. ἀσθενεῖ ex Prom. 55. 1011. εὐμενεῖ ex Sept. 26. εὐτιχεῖ ex Pers. 709. 675. — Ἄρει ex Prom. 861. Sept. 497.

a. ἀσφαλιῇ ex Ag. 1588. νημεροῖν ex Pers. 244. 466. 316. 795. συγγενῇ ex Prom. 14. 31. 802. 855. παλαιγενῇ ex Prom. 220. 351. Sept. 268. 409. — Ἄρη ex Sept. 45. 53. Eum. 862. — Μηλιᾷ ex Sept. 486. — neutrius generis σαφές ex Pers. 705.

v. εὐγενές ex Pers. 704. παγκρατές ex Sup. 255.

P. n. ἀληθεῖς ex Sept. 710. ἡλιοσιβεῖς ex Prom. 879. 799.

d. ψευδέσι ex Prom. 685.

a. ἡλιοσιβεῖς ex Prom. 791. 803. παγκρατεῖς ex Prom. 33. 389. 450. 525. — formas neutrales ποδήρη ex Ag. 1594. Prom. 300. αὐθάδη ex Prom. 907. 956. Sup. 601. 948. εὐμενῇ ex Sept. 40. ἐπαχθῇ ex Prom. 49.

Quae formae ad unam omnes cum sermone Attico consentiunt, nisi quod Ἄρεος genitivus a pedestri sermone alienus erat, sed quem et tragici et Aristophanes admittebant; Ἄρεος enim in Ar. Ran. 1052. legitur, Ἄρεως in Avium 836. Uterque autem genitivus nec non Ἄρει dativus ad Ἄρεως nominativum revocandi sunt, id quod Ἄρηος et Ἄρηι formae carminibus Homericis haud inusitatae testantur; nominativum vero Ἄρεως lingua Aeolis semper retinuit. — Proprietatem igitur Aeschyleam hic non deprehendi. Ac ne ν consonantem quidem Aeschylea dicendi consuetudo accusativis sg. addidit, nisi quod in Sept. 1067. deteriores libri Πολυνείκην exhibent, nec magis Sophocles, Euripides, Aristophanes eum usum suum fecerunt: libri quidem omnes in Thesm. 235 Κλεισθένην, plerique in Nub. 182. 1465. 1477. Σακράτην exhibent, sed recte, ut videtur, Elmsleius correxit. — Nec minus recte exempla genitivi ου syllaba terminati nulla leguntur; quam ἑτερόκλιον aetatis recentioris fuisse Wecklein in cur. ep. p. 23. me docuit.

Tum vocabulorum a genere de quo modo exposuimus seiungi solent ea quorum terminatio nominativorum κλης est, vel quorum stirpes κλεισ clausulam habent, (cf. ex. c. δυσκλεισ-τατος superlativum ex Pers. 444.), maximam partem nomina propria. Exempla in diverbio Aeschyleo a me deprehensa sunt pauca: Ἐτεοκλής in Sept. 6., εὐκλής in Eum. 1026., δυσκλής in Prom. 241. — Οἰκλέους in Sept. 609. — Ἐτεόκλω in Sept. 458. — Ἐτεοκλέα in Sept. 1007. — Ἐτεόκλεες in Sept. 39. (Ἐτεόκλεις in Sept. 997. ch.). Iam quod nominativos contra regulam Attici sermonis, quam pueri docti sumus, contractionis expertes esse videmus, in eo Aeschylus cum usu ceterorum poetarum scenicorum haud discrepat: in Eur. Herc. f. 210. Ἡρακλῆς legitur, similesque formae saepe in fabulis Aristophanis ut in Ach. 513. Περικλῆς; item Μεγακλῆς Περικλῆς Σοφοκλῆς Ἱεροκλῆς Ξενοκλῆς, cf. Kühner. gr. I. p. 337., 7.; nec nisi metri caussa comicus formam contractam adhibuisse videtur. Ac ne a vulgari quidem Atticorum consuetudine dicendi id genus formas alienas fuisse exempla, quae Wecklein. in cur. ep. p. 22. conguessit, patefaciunt. Ipse in XXXV. inscriptionum Euclidis anno vetustiorum Προκλῆς et Προκλῆς et Θρασικλῆς formas duplici ratione dictas inveni; denique solutos nominativos imprimis vulgaris sermo frequentasse videtur. — Deinde nec κλέον notae genitivi nec κλῆν accusativi, qui usus admodum recens fortasse non ante Ol. 123. referendus est, in fabulis Aeschyleis ullum exemplum detexi; cf. Wecklein. p. 23. — Ἐτεόκλω vero dativus metaplasmis exemplar est, cuius similitudinem ceterorum ex tragoediis afferre nequeo. — Porro Ἐτεόκλεες vocativi soluti analogias in Eur. Phoen. 529. 689. Ἐτεόκλεες et in Herc. f. 175. Ἡράκλεες inveni, sed eae formae nisi in initio aut exitu senariorum nusquam leguntur. — Denique accusativum sg. Sophocles in Trach. 476. Ἡρακλῆ, formam solutam Ἡρακλέα idem in Trach. 232. tulit nec non Aristophanes in Thesm. 26. Ἡρακλέα dixit. — Sequitur ut unam in hac flexura proprietatem Aeschylus sibi concesserit.

Alterum genus stirpium quae in εσ exitum habent neutra procreavit quorum nominativi ος syllaba terminantur. (De vera ac genuina stirpium forma ex. c. ad φαέσφορος adiectivum relego quod est in Ag. 489., et ad foedesis genitivum qui in Varron. L. L. VII, 27. legitur.) Iam ut exempla flexionis ex diverbio Aeschyleo repetita enumerem, leguntur:

S. g. γένους in Pers. 185. 337. Prom. 456. Φράσους in Prom. 42. 55. Sept. 459. 474. κράτους in Prom. 948. Sup. 715.

d. φάει in Ag. 575. Pers. 352. 744. 831. τάχει in Prom. 747. 861. Sept. 382. σάκει in Sept. 389. 393. 437. 540. Ἄργει in Sept. 573. 599. 604. Eum. 44.

P. n. a. μέλη in Pers. 463. σάφη in Pers. 419. βέλη in Sept. 544. Sup. 179. ἐπη in Sept. 443. πάθη in Pers. 292. 332. 846. Prom. 1029. ὀνειδῆ in Pers. 757. Prom. 74. 932. ξινη in Pers. 194. 240. Prom. 271. 703.

g. κειχέων in Sup. 475. σκελῶν in Eum. 37. ὄρῶν in Prom. 719. 811.

d. βέλσει in Prom. 371. 602. θάλπει in Sept. 431. φάρεσι in Cho. 11.

Primum notabile est dualis n. exemplum comparuisse nullum, ut diiudicari nequeat utrum εε an η terminationem Aeschylus nominativis dederit. Denique poetas Atticos in plurali n. solutam εα clausulam non semel admisisse notum, ac ne Aeschyli quidem in canticis exempla desunt ut βέλεα in Pers. 269.; sed diverbio nullum exemplum probatur.

Tertio loco de stirpibus quae litteras σσ terminales habent disseram. Ac primum quidem quaestio de masculinis instituenda paucis absolvetur: unius quod in diverbio Aeschyleo inveni exemplaris accusativus pl. in Ag. 516. est ἦρος. Atticos homines solutam formam magis coluisse notum est; cf. Kühner. gr. I, 341., 3. Praeterea mentionem facio de eo quod Aeschylus in Cho. 699. ch. Μίνω dixit, ita ut ei cum Atticis conveniat qui accusativos sg. saepius contrahebant quam solutos relinquebant. — Denique ἦροσι in fragm. 56. legitur. — Iam in fabulis Aristophanis accusativi pl. exemplum non inveni nec magis formae exemplis ex diverbiis ceterorum tragicorum repetitis par sum confirmandae.

Deinde *feminina in σσ* omnino duo in sermone Graeco extant: αἰδῶς et ῥῶς. Prioris vocabuli nominativum αἰδῶς in Ag. 948. 1204., accusativum αἰδῶ in Pers. 699. cum deprehenderit, alterius tantum abest ut vestigium in dialogo Aeschyleo inveniatur ut poeta communem Atticorum usum secutus ἔως substantivum alterius flexionis ad normam formarit, id quod exemplis supra enumeratis monstratur. Neque vero de αἰδῶς aut αἰδῶ est cur verba faciam. — De stirpibus αἰδοσ et ἦροσ ad Curtii Etym. p. 372. et eiusdem erläut. p. 53. 67., ad ἑώσφορος adiectivum, ad latinum aurorae nomen pro ausosa dictum relego.

Tum eorum nominum classis contemplanda est, quae quamvis stirpes in exitu nasalem habere videantur tamen syllabas ipso illo ν distentas in unam vocem contrahere possunt. — Prima de quibus agetur duorum deorum sunt nomina, Apollinis atque Neptuni. Et flexionis Aeschyleae testes sunt formae: Ἀπόλλων in Eum. 299.; Ποσειδῶνος in Pers. 750. Prom. 925. Eum. 27., Ἀπόλλω in Sup. 214. Ἀπόλλον in Ag. 513. Eum. 574. 610., de quibus nihil dicendum. — Deinde αἰῶ accusativus, quem in usu Aeschyleo fuisse grammaticus in Bekker. Anecd. I. p. 363., 17. testis est, etiam in Cho. 350. ch. extat et si bona est Nauckii coniectura etiam in Eur. Phoen. 1520. Soph. El. 1086. legendus, adeo ut proprietas Aeschylea non sit. — Tum εἰκῶ accusativum in Aesch. Sept. 559. inveni, eundem vero in Eur. Troad. 1178. Arist. Nub. 579. nec non genitivum εἰκοῦς in Hel. 77. Apud Sophoclem vocabulum omnino non legitur. —

Quartum *comparativos contractos* videbo, quae qua ratione accipi debeant notum est: exitus stirpium initio erat ὄns, quod Latini ita immutaverunt ut n ante s oblitterata s postea in r abiret; cf. ex. c. stultior producta ultima ex Planti Bacch. 123. et Bücheler. lat. decl. p. 7. — Graeci e contrario σ abiecerunt ita ut stirpes in ὄν exitum haberent; est vero ubi servato σ praecedens ν eliderent eoque eliso ipsi σ sibilanti inter duas vocales sedem non darent: tali modo contractio irrepsit. — Sunt autem Aeschyleae id genus formae singulares: μείζω in Sup. 444. ἀλγίω in Prom. 934., plurales πλείω in Ag. 894. πλέω in Ag. 868. 1068. 1299. Sept. 23. μείω in Cho. 519. μάσσω in Ag. 598. κρείσσω in Sept. 266. κρείσσοις in Sup. 760. ἀμείνοις in Pers. 690. — Quo ex numero colligi potest in diverbium Aeschyli etiam eam sermonis Attici legem convenire ut ὄνες ὄνας terminationes multo rarius quam ὄνά contrahantur. Neque vero rarius solutae ut ita dicam formae leguntur: invenies singulares

accusativos *μάσσονα* in Pers. 440. *κρείσσονα* in Prom. 922. Cho. 905. *ἀμείρονα* in Prom. 1035. *μείζονα* in Prom. 292., plurales formas *ἴσσονα* in Sup. 203. *ἐλάσσονα* in Pers. 813. Plura exempla si quis desiderat, infra inveniet ubi de gradibus comparationis sermo erit.

De hac contractione satis dictum esto; aliam vocabula corripendi rationem videamus. Atque Attica *syncope* lex quae fuerit supervacaneum est exponere: iam in sermonem tragicum inquirere liceat. Qui poetae paucis exceptis versibus ubique in diverbiis quidem Atticam legem tutati sunt. — Sed Aeschylea exempla cur cumulem, non esse censeo in notissima re; sunt quidem multo pauciora quam Sophoclis, quibus omnibus accurate perspectis mirum quendam consensum et poetarum inter se factum et cum sermone Attico agnovi de *πατὴρ μήτηρ*. *Θυγάτηρ* vero aut *γαστήρ* aut *Δημήτηρ* vocabulorum casus apud Aeschylum me legisse non memini. Commemoratione autem dignum videtur quod in Rhés. 393. *μητέρος* legitur et in Arist. Vesp. 1397. *θυγατέρος*. — Porro cum tragici *ἄνερ* stirpem in diverbiis semper secundum leges Atticas in casus declinaverint, exempla adscribere supersedeo.

Tum quod Aeschylus in Ag. 1405. Pers. 239. Sept. 513. Cho. 104. *χερός* dixit, *χερὶ* in Ag. 35. 1061. 1357. Pers. 202., *χέρρα* in Ag. 34. Eum. 837. fragm. 421., *χερῶν* in Ag. 1594. Prom. 1005. sed omnes hos casus etiam *ει* diphthongo instructas et *χειροῖν* in Cho. 982., *χεροῖν* in Pers. 194. 201. Sept. 833. 473. Cho. 1055., in eo poeta ab usu Sophoclis aut Euripidis non discrepat. At Sophocli in Ant. 1297. senario (cf. 976. ch.) et Euripidi in Alc. 756. *χείρῃσι* placuit, id quod neque Aeschylus nec comicus usquam fecerunt. Ceterum Aristophanes formas quibus diphthongus inest multo crebrius usurpavit quam per merum *ε* enuntiavit.

Iam cum quaestio de legitima vocabulorum declinatione instituta videatur esse pertractata, *substantiva anomala* quae vulgo feruntur ita in conspectu ponere volumus ut ab *Iove* principium sit. — Qua in flexura tragici ut de *Διὸς* similibus formis ita de *Ζηρὸς Ζηρὶ Ζῆρα* casibus plane congruunt: duplex vero formarum genus non sermonum aut canticorum usu sed sola versuum commoditate distinguitur, cf. Ellendt. lex. s. v. *Ζεῦς* p. 297. Comicus priore formarum genere contentus altero nisi ubi tragicos respexit non usus est; cf. Kühner. gr. I., p. 355. — Deinde *δόρν* in disquisitionem veniat. Ac primum quidem *δορός* (vide ex. c. Sept. 399. Eum. 289. Ag. 517. Pers. 304. Eum. 777. — Antig. 674. Ai. 942. — Phoen. 860.) *δορὶ* (vide ex. c. Sept. 1016. Sup. 1007. Eum. 773. Pers. 729. Sept. 585. — Eur. Andr. 104. 455. — Ar. Ran. 1289.) formas bisyllabas, nunquam *δόρατος* *δόρατι* trisyllabas tragico usu fuisse receptas constat: *δόρατος* quod est in Soph. fragm. 164. sitne Sophocleum dubitatur, cf. Ellendt. lex. s. v.; dativus *δούρατι* in Phil. 721. sed chorico illo legitur, neque vero aut Aeschylus aut Euripides placuit. — *Δόρει* vero dativum in O. C. 620. receptum (cf. Ar. Pac. 357. ch., Aesch. Sup. 846. ch.), quocum *δόρη* pl. ex Rhési 274. comparari potest, defensum ab Ellendt. in lex. Soph. p. 179. in diverbio Aesch. non legi. Ceterum *δορὶ* dativum a sermone vulgari non alienum fuisse exempla Thucydidea a Kühnero in gr. I. p. 354. commemorata docent. — Plurales vero formas praeter illud *δόρη* in tragico sermone nusquam invenisse mihi videor. Sed cum Aeschylus *δορυπηκτος* compositum in Sept. 277, *δορυάλωτος* Sophocles in Ai. 211. (cf. Ellendt. s. v.) dixerint, Euripides ne in compositis quidem diphthongum sibi indulsisse videtur, qui *δορυμήτωρ* *δορυκτετος*, *δορυξενος*, *δορυπειης* adiectiva effinxit; comici hae erant formae: *δόρατος*, *δόρατα*, *δορός*, *δορὶ* [*δόρει*, vide supra] *δορὶ*. — Casus igitur per *ov* diphthongum epico de more excusos Aeschylus non admisit. — Tertium locum suo iure *γόνν* vocabulum obtinere debet: cuius flexionis Aeschyleae praeter *γόνν* formam in Prom. 32. 396. (cf. Eur. Phoen. 843.) nulla legenti obvia erat, adeo ut de usu poetae diiudicari nequeat; ceterorum tragicorum de flexura videndus Kühner. gr. I., p. 354; addo

γόνατα ex Ar. Lys. 216., γονάτων ex Med. 324. Androm. 573., γόνασι ex Phil. 485., quibus ex exemplis etiam Attica enuntiandi consuetudo agnoscatur. Ceterum de stirpibus vocabulorum de quibus modo egi duorum ad Curtii Etym. p. 170. 224. 517. relego. — Tum similis quodammodo κᾶρα substantivi ratio est: poetarum ac tragicam vocabuli declinationem Kühner in gr. I. p. 365 exposuit, quam ad enumerationem paucissima addenda videntur. Ac primum quidem Aeschylus κᾶρα formam, quem nominativum et accusativum Sophocles novasse contenditur, respuit; de usu formae Euripideo cf. Ellendt. lex. Soph. s. v. — Deinde quamvis κᾶρας apud poetas Atticos non legatur, Aeschylus bis a νεοκᾶρας νεοκᾶρα derivavit in Cho. 344. et in fragm. 432. Herm., ubi vero etiam νεοκᾶρας σπονδᾶς scribitur, cum Dindorfius (fragm. 336.) νεοκᾶρας dixerit. — Tum κᾶρας, quae forma in Eur. Herc. f. 526. Phoen. 1149. extat, neque Aeschylus neque Sophocles placuit. — Denique commemoro ea quae in fragm. Aesch. 431. Dindorf. de prole κᾶρα vocis dicta sint ad nostrum vocabulum omnino non pertinere. —

Tum γυνῆ γάλα κῶων nomina Aeschylus non aliter in casus declinavit atque ceteri tragici omnesque homines Attici. Nec non ἦμαρ more epico cum ceteris tragicis flexit; ἦπαρ substantivi apud eum unus accusativus legitur ἐφ' ἦπαρ in Cho. 272, simillime ἐφ' ἦπαρ apud Sophoclem in Ant. 1315. Trach. 931., qui vero etiam πρὸς ἦπαρ habet in Ai. 937., cum Euripides in Sup. 599. ἦπατι dativum efflexerit.

Iam postquam tertiam quae fertur declinationem percensuimus eequae proprietates sermonis Aeschylei compareant, in eo est ut nomina abundantia et heteroclitia in quaestionem vocentur. Is quidem numerus in diverbio Aeschyleo exiguus est sed formae notabiles. Primum δεσμὸς substantivi duplicem pluralem testantur formae δεσμοὶ in Prom. 525., δεσμὰ in Prom. 52. 513. Iam Sophocleae vocabuli formae pl. — sunt autem omnes dativi — genus non prae se ferunt, Aristophanes vero nominativo masculino nullibi usus est sed δεσμὰ in Pac. 1073. Thesm. 1022. Androm. 516. 712 dixit. Ceterum utramque formam Plato sibi permisit. Atque Kühner. in gr. I. p. 386. inde ab Homeri aetate masculinum quam neutrum magis usu fuisse receptum me edocuit.

Deinde δάκρυ et δάκρυον nomina iuxta in casus declinata inveni. Atque apud Aeschylum quidem extant δάκρυ ex. c. in Prom. 638., δάκρυον in Ag. 270., δάκρυοι in Pers. 539. ch.; plura exempla mihi non praesto sunt. Ceteri poeta scenici hoc modo flexerunt:

δάκρυον Eur. Herc. f. 1205. 129. Or. 368.
Ar. Lys. 127. 1033. Soph. El. 1231.
δακρύοις Eur. Iph. A. 1175. Andr. 521.
Ar. Eq. 1271. Vesp. 389. Soph.
fragm. 501.

δάκρυ So. Trach. 1199.

δάκρυοι Eur. Troad. 315. Hel. 166. Soph.
El. 167.

cf. ἄδακρυον Eur. Med. 861. ch.

De δάκρυα δακρύων formis quae Aeschyleis exemplis probare non possum iudicium non liquet, utri declinationi sint tribuendae. Hoc vero iure contendere mihi videor inter Aeschylum tragicamque artis socios nullum discrimen intercedere, comicum semper alteram declinationem

esse secutum. — Tum in *νίος* vocabulo flectendo Aeschylus a legibus alterius declinationis numquam recessit nec magis Euripides; at Sophocles *νίῃσιν* in Ant. 571. sibi indulgit, non *νιάσι* ut ait Kühner. in gr. I. p. 391. De usu Aristophanis ibidem videndum. — Porro *ῥοσοῖς* legi in Prom. 679. congruentur cum Sophocle, qui solo dativo usus est, cf. Ellendt. lex. Soph. s. v. Aeschylus quidem etiam *ῥοσῶν* et *ῥοσε* dixit, sed utramque formam in canticis, hanc in Pers. 1065, illam ex. c. in Prom. 400. Solus Euripides diverbii in versu Hec. 916. *ῥοσε* exhibet.

Tum *ῥναρ* quod vocabulum praeter nominativum et accusativum nullos casus excudit, in Cho. 526. Eum. 116. 131. inveni. cf. Soph. El. 425. Sed *ῥνειρος* a Sophocle aut ab Aeschilo dictum esse demonstrari non potest, cum *ῥνειρων ῥνειροῖς* casus (cf. ex. c. Ag. 274. 1208.) nihil in ea re proficiant. Aperte *ῥνειρον* est in Aesch. Cho. 541. 550. Soph. El. 1390. ch. Pluralis metaplastici exempla praeterea sunt *ῥνειράτων* in Ag. 491. Prom. 491. 485. Cho. 523. 531. 929. *ῥνειρασι* in Prom. 655. Ag. 891.; cf. Eur. Or. 618. Ar. Vesp. 63., et Ellendt. lex. Soph. s. v. — Aeschylus etiam singularem dativum metaplastice *ῥνειρατι* in Cho. 534. dixit, id quod Sophocles sibi non sumpsit nec Euripides aut Aristophanes. Ceterum de stirpibus Curtius in Etym. 225. 303. 423. disputavit. — Tum Aeschyleum esse videtur quod in Pers. 411. *κόρυμβ(α)* a *κόρυμβος* nominativo masculino dictum est; genus agnosces ex Pers. 658. *τόνδε κόρυμβόν*. Vocabulum neque Attico sermone tritum erat neque tragicum aut comicum quod proferam exemplum suppetit. — De flexura Oedipi nominis Aeschilo cum Sophocle ita convenit ut genitivum uterque *Οιδίπουν* dixerit, — vide Ellendt. lex. s. v. et Aesch. Sept. 372. 654. 677. 709. 203. 801. 807. —, *Οιδίποδος* apud neutrum legatur. Accusativus *Οιδίπουν* in Eur. Phoen. 869. O. R. 514. O. C. 3. 626. 1580. auditur, apud Aeschylum nusquam deprehendi atque errat Kühner. in gr. qui in Sept. 753. invenisse sibi videtur: imo *Οιδιπόδα* scriptum ut in O. C. 222. Praeterea *Οιδίποδα* ut in Sept. 725. ch. ita alibi in canticis extat; cf. O. R. 495. ch. Ant. 380. an. — Subiungo *ῥπισθόπους* accusativum pl. ex Cho. 713. repetitum. — Denique pauca de *τυφῶς* *Τυφῶς* dicentur: Aeschylus quidem *τυφῶ* genitivum habet in Ag. 656., *Τυφῶς* nom. in Prom. 370., *Τυφῶ* gen. in Sept. 517. (cf. Sup. 558. ch.), *Τυφῶνα* acc. in Prom. 354. Sept. 493. 511.; Sophocles vero uno *τυφῶς* nominativo usus est in Ant. 418. atque *Τυφῶ ἀπὸ τοῦ Τυφῶνος* teste Hesychio usurpavit sed dubitatur de re, cf. Ellendt. lex. Soph. s. v. Iam Euripideum exemplum cum nullum suppetat, Aristophanis formae sunt hae: *Τυφῶ* gen. in Nub. 337., *τυφῶ* dat. in Lys. 974., *Τυφῶ* acc. in Eq. 511. Discrimen ergo inter sermones poetarum tragici comique intercedere mihi non videtur.

Denique de casibus *absoletis* dicturo locales casus primae alteriusque declinationum attingendi erunt: inveni *πέδοι* — de qua forma Dorica videndus Ahrens. dial. p. 366. — in Prom. 272. 749. Eum. 479. Ag. 1357. Sept. 429. Eum. 653.; *ἄρμοι* in Prom. 615.; *χαμαὶ* (cf. Romai ex. C. J. L. I. 54.) in Ag. 906.; cf. Eum. 261. ch. *οἴχοι* in fragm. 380. Quibus de formis in universum ad Bücheleri lat. decl. p. 61. relego. — Extant autem apud comicum *οἴχοι* in Eq. 750. Pac. 1179. 1189., *χαμαὶ* in Nub. 231. 679.; ceteris illis localibus Aristophanes abstinuit. Euripides vero in Med. 1170. *χαμαὶ* habet et Sophocles *χαμαικοίτης* in Tr. 1166., *πέδοι* neque apud Sophoclem neque apud Euripidem legitur. Denique *ἄρμοι* unus Aeschylus

A/
H 950

dixit. Addo πανδημεῑ ex Sept. 296. Eum. 1019. πανομιλεῑ ex Sup. 296. ἀμοχθὶ̄ ex Prom. 208., ex quibus πανομιλεῑ unus Aeschylus dixit, sed πανδημεῑ saepe Thucydides, Sophocles nullibi; vide Ellendt. lex. Soph. s. v. κινάδος. Quod vero alii localibus praepositiones addiderunt — vide in Simonidis fragm. 125. ed. Bergk. ἐν Ἴσθμοῖ — id Aeschylus non fecit.

De substantivis haec quae breviter exposui sufficiant.

Addita.

1) Inter viros doctos, quorum libros volutatos accurate inspexi, haud scio an quisquam Gerthi nomine desideret quem in Curtii stud. gramm. II. de dialecto tragoed. disputavisse Ellendtii lexico Soph. ubi con-
nominatur doctus sum; sed tum demum id factum esse piget cum schedulas typographo imprimendas commissem: adeo ut ista doctrina nihil profecerim. E contrario librum rara doctrina ac disputandi subtilitate ab Hermanno Menge „de praepositionum usu apud Aeschylum“ compositum, quem optimo cum fructu consului, in pag. 1. nominatim proferre oblitus sum.

2) Quae Sophoclea antiquae illius scripturae — quae fit per *ι* — vestigia haeserunt, Ellendt in lex. s. v. enumeravit duodeviginti; sed vir doctus vocalem subscriptam vult deletam neque tamen mihi persuasit cum etiam titulos et Atticos et Doricos illud *ι* tutari sciam, cf. Kühner. gr. I. p. 146. not. — Ad formam perfecti sine *σ* a me constitutam *σέσωται* comparo ex cod. Viet. Eur. Iph. T. 607., cf. Weeklein. cur. ep. p. 71., ubi plura id genus exempla sunt enūmerata. Ceterum miror quod Kühner (in gr. I. p. 912.) in versu Euripideo *σέσωσται* agnovit.

3) Ad *κέκλημαι* formam hic addere liceat quae de *ει, η* scripturis vocabulorum *κλήεις κλήω κλήθρον* dicenda videntur quaeque Ellendt in lex. s. v. *κλήω ἀποκλήω ἐγκλήω* exposuit: certo *η* „dixere Attici et veteres quidem, tragici et Thucydides; et profecto sic ratio sermonis iubebat ex, vetere Ionica dialecto derivati, in qua perpetuum *κλήεις* est“. Non igitur quaerendum de tragicis apud quos etiam libri plerumque vetustiores formas conservarunt — cf. Pers. 723. *κλήισαι*, Sup. 291. *κλήδοῦχον*, Sept. 396. *κλήθρων*, Sup. 956. *κεκλημένην* (scripto *ι* super *η*) — sed de Aristophane dubitatio interposita est, quam vero Weeklein. in cur. ep. p. 66. removit. — Euripideum scripturae exemplum libris defensum adscribo *ἐκλήσε* ex Orest. 1449. — Ceterum in pag. 14. errore typographi *κλεις* nominativus circumflexo instructus est.

